maior gratia q̄ꝫ haberet per ſuum ſolum actum et
in omni tali ſenſu nego/q2 currere videtur michi
ſemper argumentum q̄ paruum actum habens et
remiſſum valde propter conſtantes et orantes ha=
beret tantaꝫ gratiam ſicut beatus petrus quod nō
eſt dicendum. Alio modo vnum alteri mereri po=
teſt intelligi q̄ deus mouet voluntatē illius ꝓ quo
preces porriguntur vt habeat intenſiorem actum
vel q̄ moueatur ſua voluntas ad merendum quan
do iret ad aliud faciēdum/vel impedit eum ne pec
cet quando forte eſſet peccaturus / et ſic ſtepha=
nus et mater auguſtini pro apoſtolo et aug.merue=
runt/etiam dicatur q̄ deus non punit nos imedia=
te poſt peccatum nec nos capit in malo ſtatu ſed ex
pectat bonū propter alioꝝ preces/et hoc eſt maxi=
mum:q̄ ita ſit pꝫ per illud exodi.xxxij.vbi moyſes
dixit.recordare abraham iacob ꝛc̄.et ſequitur pla=
catus eſt dñs . ſic azarias daniel'.iij . rogat dominū
ne auferas a nobis miſericordiā tuā dñe deꝰ noſter
propter abraham dilectū tuū et iſaac ſeruum tuum
et iacob ſanctum tuum/propterea concedo propter
homines orantes deus remittit penam vel partem
eius peccato debitam poſt penitentiam vel conce=
dit victoriam vel temporalia bona et expectat tē=
pus bonum non ſtati puniens peccatores cui aſti=
pulatur illud hiere.xv.ſi ſteterīt moyſes et ſamuel
coram me non eſt anima mea ad populum iſtū.deꝰ
liberauit loth ꝓpter abraham Gene.xix. Ad aliud
de fundātibus cenobia concedo ſi cetera ſint pia q̄
equaliter merētur ſiue monachi bene viuāt ſiue nō
ſed boni poſſunt rogare deum vt voluntas illiꝰ ad
deum erigatur q̄ fundauit cenobitas bonos. Item
poſſunt mereri pro diminutione pene ſicut indul=
gentiis vbi boni fundatores a purgatorio mox libe
rant/mali ſuos fundatores non adiuuāt et illud nō
eſt parū. ¶Contra illud arguitur per iſtam ſolutio=
nem:ergo non euado concluſiones quas ego repu=
to diſſonas cōtra aduerſarios: ergo meo pugione
me ſuffodo probatur aſſumptum:ſi vnus ſanctus
orat deum vt ſortes rex mereatur ad hūc ſenſum q̄
deus erigat ſuam mentem gratia illiꝰ dabitur vnꝰ
gradus gratie ſcđs poteſt illa via tantū ei mereri
et ſic conſequenter carculando:ergo ille rex mere=
bitur tantum ſicut ſanctus petrus. Reſpondetur
nemo impedit reges et potentes ad merendum tā
tum ſicut multi ſancti q̄ nūc ſunt in celo/ſed ille rex
qui frequenter torpet et non vtitur ſemper inſtiga=
tione quam deus ei dat forte parū meretur ſi bene
vtatur habebit intenſam gratiam et gloriam/ſed ꝑ
proprios actus. Ex hac ſolutione habetur q̄ nullꝰ
meretur pro alio dormiente vel actum non haben=
te. Scđo ſequitur q̄ nullus meretur aliquid ꝓ par
uulo.paſſionem chriſti excipio/baptiſatos i lege na
ture qui ſm illam poſitionem q̄ ſaluabantur puuli
in fide parentum cū proteſtatione alicuius ſigni ex
terioris:ergo in eis dimittebatur originalis culpa
et conferebatur gratia:ḡ alius poterat mereri gra
tiam quando proportionatur virtuti operis opera
ti vt pꝫ de baptiſante vel circuncidentē.potes que=
rere ſi parens fuiſſet i peccato an paruulo poterat
mereri gratiam in ſacramentis extenſo termio ve=
teris legis/ſed ſolutionem habes per baptiſantem
in peccato et circuncidentem/ibi virtualiter erat ſa
cramentum/patet:talis nullū actum habet.ij.co=
rinthioꝝ.v.omnes vos manifeſtari oportet añ tri=
bunal chriſti vt recipiat vnuſq̄ſqꜫ ꝓpria corporis q̄
geſſit et verba hec recitantur extra de penitentiis ꝛ
remiſſionibus cum ex eo et.i.corinthi.iij.vnuſq̄ſqꜫ
propriam mercedem accipiet.petis quid ḡ ꝓdeſt
mereri pro paruulis. Reſpondet vt deus ꝓlonget
eis vitam et cū peruenerit ad annos diſcretionis
moueat eoꝝ mentes ad ea que dei ſunt/precibꝰ ſā
ctorum frequenter paruuli ſaluantur a morte et re
ſuſcitantur quēadmodū fecit regius propheta.ij.
reguꝫ.xij. ieiunauit pro puero quo mortuo non am
plius ieiunauit eſto q̄ viderit morbum incurabilē
putabat ſuis precibus flectere dominum : ſi dicas
ſi aliquis adultus vult baptiſari et incidit in veſa=
niam ille ſuſcipit gratiam baptiſmalem i baptiſmo
et meretur/vel ſi fuiſſet dormiens pari forma ſalo=
mon meruit ſcientiam in ſomno.iij.regum.iij.cap.
Ad primum dicitur:non negatur quando ſcramen
tum digne ſuſcipitur confertur gratia ſacramenta=
lis. Ad ſecundum dico ſalomon non meruit dor= Scđo af
miendo/ſed ante vigilando obtulit mille hoſtias ʒ quirā cō
in gabaon. ¶Secundo arguitur probando q̄ ha= cluſionēꝫ.

tiſmus plus prodeſt vni ꝗ̃ alteri eant duo ad bap=
tiſmum vnus ita malus ſicut nero ⁊ deteſtetur pec
cata ſua que ſuppono mille ⁊ ſortes cū tribus mor
talibus tunc pena reſpondens iſtis peccatis dele=
tur in baptiſmo: ergo plus deletur primo ꝗ̃ ſorti
baptiſmi virtute: ⁊ illud regulariter eſt: ergo ſimili
ter habes dicere non eſſe inconueniens ꝙ regulari
ter huic paruulo conferatur maior gratia ꝗ̃ huic.
¶ Et confirmatur: quia ſi eſſet quelibet gratia ba
ptiſmalis eq̄lis alteri et determiatus ḡdus gr̄e da
tus in baptiſmo ſequitur hec concluſio ꝙ vnus ad=
ultus et vnus paruulus decedent cum equalibus
gratiis quod videtur inconueniens / cum vnus me
ruit pro ſe hoc eſt merito perſonali / alter vero non.
Ad ſcōm dicitur diſtinguendo ꝙ plus prodeſt pri=
mo ꝗ̃ ſorti cum duobus peccatis vel plus quo ad
beatitudinem eſſentialē vel ad gratiam et ſic nego.
vel quo ad aliquid quod dimittit̄ concomitanter:
et ſic concedo ꝗ̃tum aliquis habet gratie tm̄ hab₃
glorie et gratia non cōpatitur peccatum mortale:
propterea ipſum cōcomitant̄ deletur hoc in contri
tione et in penitentia contingit. ¶ Ad cōfirmatio=
nem pono ꝓpoſitiones. Prima eſt. ſtat aliquē par
uulum de lege et frequenter decedere cum maio=
ri gratia ꝗ̃ iſte adultus diſcedit. ꝓmo paruulus eſt
baptiſatus et confirmatus et vtriuſq₃ ſacramenti
gratiam habet et adultus habet gratiā baptiſmalē
ſolum: quia qn̄ primo venit ad annos diſcretionis
ſtat ꝙ non peccet mortaliter per duos dies nec me
reatur et tunc decedat. Scđa propoſitio: ſi aliquis
vult baptiſari et non h₃ aliquem qui ei conferat tri
buitur ei gratia ſi ſic decedat et illa ſolū finite ſi ſit
excedat gratiā baptiſmalē: ergo deueniendum eſt
ad aliquē qui ita paꝝ gratie ſuſcipit per volitione₃
remiſſam ſicut ille ꝗ baptiſatur paruulus. ¶ Ter=
tia ꝓpō: ſi ille ꝗ minis accedit baptiſmum accipiat
gratiā minorē accipit ꝗ̃ ille qui pure ſimpliciter va
dit / ⁊ ſic non om̄s baptiſati accipiunt equaliter nō
eſt em̄ veriſimile ꝙ deus ei tantam gratia₃ tribuat
ſicut aliis: q₂ veriſimile eſt ꝙ nullā gratiā ei confert
pro illa volitione conditionali. ¶ Quarta ꝓpō: nō
eſt poſſibile ſcđ₃ legem ꝙ aliquis ſemel habēs gra
tiam baptiſmalem qui habet meritū perſonale di=
ſcedens in gratia ita paruā gratiā habeat ſicut par
uulus. probatur. talis habet gratiā baptiſmalem ⁊
om̄es tales ſunt equales ceteris paribus ⁊ cu₃ hoc
habet gratiam debitā merito perſonali: ꝗ plus gr̄e
habet ꝯ̄ña eſt cōis animi conceptio: ſtat tm̄ de lege
cōi aliquem .lx. vel .lxxx. annorū habere ita parua₃
gratiam ⁊ gloriā ſicut ille paruus baptiſatus: pat₃
capio vnū gentilem in moabar vel alibi qui deteſta
tur ſua pctā ꝑterita et totam ſuā vitam perditā cui
nullus confert baptiſmū vult tm̄ baptiſari ſed non
repperit aliquē vel alio ſe ad hoc preparante interi
moritur cu₃ remiſſa deteſtatione graduali. ſilr ſtat
aliquē paruulū habere plꝰ gratie et glorie ꝗ̃ vnum
qui ſuſcepit ſacm̄: ⁊ cū hoc h₃ meritū ꝑſonale. pat₃
de circūciſo cū paruo merito perſonali e x̄it eleazar /
ſit titius ex alia parte baptiſatus et confirmatꝰ vel
tm̄ baptiſatus baptiſmus plꝰ gratie cōfert ꝗ̃ circū
ciſio: q₂ ſacramētū legis gratie / ſit exceſſus vt vnū
aliꝗs actus meritoriꝰ eſt vt vnū imo vt dimidium
vniꝰ. p₃. hō pōt elicere actū meritoriū pure partibi
liter. Itē ꝗlibet pars actus meritorii eſt meritoria
ſi ꝗ cuilibet pti rn̄deat maior gr̄a ꝗ̃ baptiſmo gr̄a
rn̄dens toti actui erit infinita ꝯ̄ña eluceſcit cu₃ ſint
infinite ptes ꝓportionales nō cōicantes in actu me
ritorio potes ſic deducere de totali actu meritorio
cadēte in obiectū eutrapilie cū circunſtātiis actū at
tenuātibꝰ. ¶ Sed ꝯ illud arḡ ſic: ſit gr̄a baptiſmalis
vniꝰ gradus quā h₃ ſortes paruulꝰ et plato gr̄am
baptiſmalē ⁊ ꝑſonalē duoꝝ ḡduū iā capio ciceronē
adultū ꝗ in ſubduplo minꝰ meret̄ ꝗ̃ plato (de meri
to ꝑſonali loquor) ille habebit vnū gradū gratie: ꝗ
cicero adultꝰ et ſortes paruulꝰ habebūt gr̄as eq̄=
les. Rn̄det̄ admiſſo caſu vel capis ciceronē habere
ſubduplā gr̄a₃ ſimpliciter ad platonē ⁊ tūc h₃ vnū
gradū tm̄ et ſic nō eſt adultꝰ de quo eſt ſmo vel vis
ꝙ habeat ſubduplū ꝑmium perſonale ⁊ ex ꝯ̄nti gra
tiam baptiſmalē: ⁊ ſic cicero h₃ gradū cū dimidio:
⁊ ſic deſcendēs geometrice nō potes hr̄e adultū ꝗ
h₃ meritū ꝑſonale vltra baptiſmale ꝗ equalē gr̄a₃
habet cum paruulo. ¶ Tertio arguitur ſic: bap=
tiſatus baptiſmo ſanguinis habet minorem gra= Tertio arg. 3.v.ꝯcl.
tiam ꝗ̃ baptiſatus baptiſmo fluminis: ergo nō om
nes baptiſati recipiunt equales gratias. conſequē=
tia tenet: probatur aſſumptum: quia tales tenent̄
iterum ad baptiſma: quod patet. paulus et eunu=
chus candacis regine erant baptiſati flaminis ba=
ptiſmo: ⁊ tamen poſtea baptiſabātur baptiſmo flu
minis ab anania et philippo et cornelius a petro.
in hoc argumento ſunt dubia. primum an baptiſa=
ti baptiſ. ſanguis aut flaminis teneantur ad baptiſ=
mū flumīs. ſm̄ ſi paruuli occiſi ꝓpter xp̄m ſunt ba
ptiſati baptiſ. ſanguis. tertiū an tantā gr̄am eq̄liter
ſuſceperūt cū baptiſatis baptiſ. flumīs. Et pro iº
ponunt̄ ꝓpōes. Prima eſt: ſi eēt aliꝗs baptiſatꝰ ba
ptiſmo ſanguis aut flamīs ſi talis maneat nobiſcū
tenet̄ ad baptiſma flumīs. ꝓbat̄: baptiſmꝰ flumīs
poſtꝗ̃ erat ſufficienter ꝓuulgatꝰ obligabat oēs et
l₃ iudei poterāt circūcidere dū ſpe₃ in circūciſione
nō ponerēt debebāt tm̄ eſſe baptiſati. Ꝺ ꝓbat̄ actuū
ij. petro ꝑdicanti petierūt iudei ꝗd faciemꝰ viri fra
tres / petrus aūt ad illos: pn̄iam inquit agite et bap
tiſetur vnuſꝗſꝗ̃ vr̄m. Ex illo capio argumētū. iſti
erant circumciſi in quibus pctm̄ originale erat dele
tū et tm̄ tenebant̄ iterū ad baptiſma ⁊ nouā gr̄a₃ re
ceperunt: ꝗ idē eſt de baptiſato baptiſmo ſāguinis
aut flaminis: et licet hee probationes non ſunt ve=
hementes pro tempore quo baptiſmus erat ſub cō
ſilio tamen nunc ſunt fortiores. Item apoſtoli ba=
ptiſma predicabant patet ex dictis: ergo ipſimet
apoſtoli illud impleuerunt ſcđm doctrina₃ eorum
magiſtri. actuum primo. Incepit ieſus facere ⁊ do
cere. ꝗ ipſi ceperunt baptiſma añꝗ̃ predicabāt ba=
ptiſma et baptiſabāt. illō probatur aucto. btī aug.
ad ſilentianū: et recitatur de conſec. diſtinctiōe .iiij.
qn̄ ab hieroſolymis. vbi btūs aug. alle. illō ioh. iiij

vbi dñs reſpõdet ad petrũ qui lotus eſt nõ indiget
niſi vt pedes lauet.⁊c.ſignificans ꝙ petrus eſſꝫ lo
tus ꝑus in baptiſmo:hoc idem ꝓbatur ad vicentiũ
et victorem et recitatur vbi ſupra.ſi eos de quibus
ſcriptuꝫ non eſt vtrũ fuerint baptiſati ſiue non ſine
baptiſmo de hac vita receſſiſſe contendimus ipſis
calumniamur apoſtolis qui preter apoſtolũ paulꝫ
qñ baptiſati fuerunt ignoramus. Item beatus pe=
trus baptiſauit corneliũ baptiſatuꝫ ante baptiſmo
flaminis.actuũ decimo .ideꝫ cenſetur de beata vir
gine non videtur deus cum ea et aliis diſpenſare et
iohãnes baptiſta reſpõdit chriſto:ego debeo a te ba
ptiſari et tu venis ad me .mathei tertio. Quo ad ſe
cundũ dominus armacanus in queſtionibus arme
niorum tenet eos non circũciſos eſto ꝙ occiſi pro=
pter chriſtũ dãnatos / ratio q2 non habebant voliti
onem pati pro chriſto alii tamen circumciſi ſunt ſal
uati ſicut alii paruuli circũciſi ꝙ occidantur nichil
eis prodeſt. Et ſi dicas eccleſia celebrat feſtũ inno
centũ ⁊ colit eos tãꝗ martires:ergo negare eos ſã
ctos eſt hereticũ. Reſponderet ꝯſequẽter feſtũ il=
lud eſt innocentũ hoc eſt circũciſoꝝ vel baptiſato
rum :nec per hoc ꝙ eccleſia in honore eoꝝ celebrat
feſtũ arguit ꝙ plus gratie habeant ꝗ nunc baptiſa
ti/ſtat bene ꝙ aliquis quẽ eccleſia colit tanꝗ ſanctũ
ſit minus ſctũs vno alio quẽ non colit. Sed pro il=
lo pono ꝓpoſitiones. ¶ Prima eſt.nõ oĩs occiſus
propter xp̃m eſt baptiſatus baptiſmo ſanguis. pro
batur ꝓpõ:ſi eſſet vnus iudeus in finibus xp̄ianoꝝ
apud valathos vel vulgares qui hñt maliuolentiã
contra nomen xp̄i ⁊ veniunt machometiſte et occi=
dunt eum amore xp̄i talis nõ eſt ſaluatus ſi ſic dece
dat.quod ꝓbo. renitens interius cape baptiſmũ ſi
mulans exteri⁹ ſacramentũ non eſt baptiſat⁹.ergo
nec iſte nõĩ xp̄i formaliter diſſentiens aliq̄d boni a
xp̄o meret accipe:q2 q̄ creauit te ſine te nõ ſaluabit
te ſine te in adulto ⁊ potiſſimũ diſſentiẽte cõtrarie.
¶ Scd̃a ꝓpõ probabilis:oĩs non diſſentiens occi=
ſus pro xp̄o baptiſatur baptiſmo ſanguis/⁊ loquor
de non prius baptiſato.pꝫ ꝑmo auctoritate bti au=
guſtini in ſmone de epyphã.indiſtĩcte de ꝑuulis lo=
quente ab herode occiſis math.ij. Item non requi
ritur volitio ad hoc ꝙ quis aſcribat familie xp̄i: pꝫ
in paruulis baptiſatis:ergo neqꝫ requirit ad hoc ꝙ
quis militie xp̄i. Item nec ſeduli⁹ ponit diſcrimen
inter occiſos pulcherrimo carmĩe materiã tangẽs
Ergo vbi deluſum ſe cõperit impi⁹ irã rex aperit
ſi iure queat rex ille vocari. Qui pietate caret ꝓpri
am qui non regit irã Ereptũqꝫ gemens facin⁹ ſibi
ecu leo frendens Cuius ab ore tener ſubito cũ labi
tur agnus. In totũ mouet arma gregẽ mãditqꝫ tra
bitqꝫ Molle pecus trepide qꝫ vocãt ſua pignora ſe
cte Nec quicꝗ et vacuas implent balatib⁹ auras.
Haud ſec⁹ herodes xp̄o ſtimulat⁹ adẽpto Sterne
re colliſas paruoꝝ ſtrage cateruas Immerito non
ceſſat atrox.et paulopoſt puerilia mactat Milia.et
vere ſiĉ eſt ꝙ aliq̄d peculiare dabat matribus ꝗꝗ
nollẽt liberos occidi cũ hoc ꝑpeſſe ſunt amore xp̄i:
ſm illud ſedulii. Hec laceros crines nudato verti=
ce rupit. Illa genas ſeruit nudũ ferit altera pigus
pectus et que ſequunt.hoc ſatis conſonat nũc ipſi⁹
dei et intelligo hanc cõcluſionẽ niſi prius habuiſſet
diſſenſum/ſicut vnus infidelis q̄ dormiẽs occiditur
ꝓ xp̄o non eſt martyr. Sed tũc dicis:ꝗ ſi mulier fi=
liũ in vtero amore xp̄i velit perimere talis eſt bap=
tiſatus ſi ſic excedat vita. Rñdeo q̄cq̄d ſit paruuli
oĩes occiſi ꝓ xp̄o ab herode ſunt martyres in quo
libet putabat occidi xp̄s cõſonũ erat vltra legẽ cõ=
munẽ eis ſuam miam impꝛtiri/ quẽadmodũ bonus
latro cũ xp̄o occiſus.math.xxvij. meruit eodẽ die
eſſe in ꝑadiſo non tñ nũc occiſus in triũpho regis/
vel in ꝑmo ingreſſu ſuo icarcerati liberari merent
non tñ ob alias cauſas ſic iſti paruuli ꝓ xp̄o ⁊ in ei⁹
loco ꝑempti ſaluant/nõ tñ oꝫ de aliis nũc ꝓ xp̄o oc
ciſis.dixi non oportet.nũdũ conceſſi eos dãnatos.
Sed tũc eſt difficultas ſi paſſim paruuli ꝓ xp̄o tru
cidati ſaluant videt ꝙ iſta occaſio eſt ſacramentum
ꝑ eius diffinitionẽ inuiſibilis gratie ſenſibile ſignũ
etiã virtute operis opati nõ rõne operãtis cũ actũ
voluntatis nullũ habeat. Iſto dato non ſequit cre=
mentũ ſacramentoꝝ ſuper ſeptem cũ oĩs modus
baptiſmi ad baptiſma reducit ſicut oẽs termini ge
nerici ad genus.nec ſequit ꝙ caracter imprimatur
ẽt non oĩbus occiſis nũc ꝯfirmat gratia vt apparet
ſi mr̃ ſuffocarꝫ filiũ ne videret ⁊ amore xp̄i vl̾ amo
re xp̄i nõ ꝯſtat ꝙ ſit ſaluat⁹ nec ꝯſtat ꝙ ſi filius occi
datur in vtero matris ꝙ eſt baptiſatus bap̄m⁹ ſãgui
nis.dixi non ꝯſtat:q2 non eſt coartãda mia dei .ſed
q̄cq̄d ſit nego ꝙ baptiſmus ſanguis vel fidei ꝟtute
operis opati conferat gratiã: ⁊ lꝫ oĩs baptiſm⁹ eſt
ſanguis nullus baptiſmus ſanguis eſt baptiſmus.
Quo ad ſcd̃m tactũ in argumẽto/an paruuli occiſi
ꝓ xp̄o habeant maiorẽ gratiam ꝗ ſit baptiſmalis/
reor ꝙ ſic. Item ſit vinũ cũ aqua iã illud ſufficit et
forte aqua non tangit baptiſatũ. Confirmat ponen
do ꝙ deus capiat aĩam platonis baptiſati et ponat
in materiam in vtero berte vocet totũ illud cõpoſi
tum titius/iam arguit ſic.titius ſaluabit:⁊ tñ nunꝗ
erat baptiſatus q2 nunꝗ habuit vnã de ꝑtĩ veraꝫ.
Ad illud quod tangit de vino et aqua mixtis / vel
vinum iam conuertit aquã in vinum/ vel econuer=
ſo et tunc facile eſt rñdere. Alii dicunt ſi maior ꝑs
ſit aqua qñ ſunt mixta ĩ phiola ſufficit ad baptiſmũ
ſi plus vini non ſufficit opinor eſto ꝙ ſit cognoſcit
minus aque ꝗ vini:dummodo aqua abluit bapti=
ſandum:hoc eſt eũ tangit /ſufficit/ſed ibi reddit pe
riculum quia multum vini corrumpit formã aque/
et difficile eſt videre quando totũ vinum corrum=
pitur vel econuerſo. ¶ Ad confirmationẽ dicitur
ꝙ caſus eſt preter legem/ſed illo caſu admiſſo dici
tur ꝙ titius eſt baptiſatus:quia anima eius habꝫ ca
racterem indelebileꝫ baptiſmalẽ: ⁊ qñ dicis nunꝗ
habuit vnã de ꝑtĩ veram nego:ſed tunc eſt queſtio
an verũ erat tp̄e quo anima primo informauit ma=
teriam titii vel materiã platonis:nõ primũ:q2 nolo
ꝙ applicetur ei baptiſmus:nec ſcd̃ꝫ :q2 tunc titius
nõ erat:ꝗ nõn erat baptiſatus. Rñdetur ꝙ baptiſ=
mus ſicut peccatũ conuenit anime et non materie

non ſolet materia baptiſari. anima ticii erat baptiſata anteq̄ titius erat exiſtens in rex natura: et ſic concedo q̄ titius baptiſabatur anteq̄ titius erat et hoc nihil aliud eſt dicere aīa titii baptiſabat̄ anteq̄ hoc compoſitum quod eſt titius erat in rerum natura: ſed ſi ille caſus lateat titium et eius parentes titius peccat niſi eat ad baptiſmum poſtq̄ venit ad annos diſcretionis: non q2 eſt in originali ſed q2 indubitanter exiſtimat vel exiſtimare debet ſe eſſe in originali et parentes delinquūt non deferentes eū paruulū ad baptiſmum. ¶ Quinto aliq̄s eſt vere preſbiter qui nō eſt baptiſatus baptiſmo fluminis p3: poſito q̄ aliquis credat ſe eſſe baptiſatū: ſ3 talis non tenet̄ ad baptiſmū q2 ſi ſic tenet̄ iterum ad nouos ordines q2 baptiſmus eſt ianua ſacramentorū quod non videtur dicendū. ¶ Reſpondet̄ q̄ iſte caſus eſt ſatis difficilis et eū mouebat ferrariēſis epiſcopus romano pontifici innocētio tercio. extra de pbr̄o non baptiſato veniens poſtq̄ diſputauit pro ⁊ contra vocat caſum et merito dubitabilē reſoluit ſe tuti⁹ inſequēdo inq̄t talis non eſt baptiſatus. et ita diffinitū eſt i cōpendio: ſed baptiſetur ⁊ rurſus recipiat oīes ordines. Si petas an iſte cōſecrauit corpus dñi an bñ audiuit cōfeſſiones et abſoluit creet̄ in epm̄/an dedit ordines/an dedicet eccl'ias/ vel a caſibus reſeruatis abſoluit. Dicit̄ non conſecrat cū non eſt ſacerdos/nec abſoluit pluſq̄ laicus ſi deus iſta suppleat: iā ille nō facit iſta miniſterial'r ſed quo ad ɔfeſſiōes vel ſuſceptionē bñficiorum ab eo ignorātia inuicibilis ſufficit ⁊ ſubditos excuſat/ ſed vbi conſtat eis q̄ non erat baptiſat⁹ et per ɔñs nō erat pſbr̄ oportet ſupplere qđ remediabile eſt: iſte nō tenetur ad continentiam niſi procedat in capiēdis ordinibus alias nō intendebat ſe deuincire ɔtinētie.

¶ Diſtinctionis quinte queſtio vnica.

Notabile

Circa quintam diſtinctionem queritur an liceat recipere ſacramentū a malo miniſtro. Pro ſolutiōe aduertendū eſt nichil eſt malum malicia entis: q2 bonū bonitate entis eſt tranſcendens: patet de ſex tranſcendētibus intellectis p litteras huius dictionis reubau: ſed malū in propoſito capit̄ pro malo moraliter / vel pro deffectu requiſito ad bene eſſe ſcđm quid /et hoc cognoſcit̄ per ſua determinabilia qñ ponitur ſolitarie vel cū termino abſoluto denominat ſigatum adiacere rei ſigate per alium terminū/fortes eſt malus denominat maliciam forti adiacere et idem eſt ſi dicat̄ fortes eſt malus homo et hoc pōt dupl'r eſſe ſm actū vel habitum ſolus actus eſt coram deo imputabilis frequenter tamen homines per habitum iudicant. ſed ſi ponatur cum termino connotatiuo appellat ſuum ſigatum adiacere cōnotato alterius vt mal⁹ miniſter per illam ſignificatur q̄ male miniſtrat ſi non facit ea que ſunt ſui officij/q̄uq̄ ſit ita malus ſicut iudas eſt bon⁹ miniſter ſi bene miſtret hec ſtant ſimul. hec conſequentia eſt nulla iſte hereticus eſt bonus miniſter baptiſmi. ergo eſt bonus homo vel bonum animal variatur appellatio nec arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius reſpectu totius extremi ſed ſi eſſet inferioritas quidditatiua et eſſentialiter ɔña eſſet bona vt hic/fortes eſt bonus homo: ergo eſt bonū aīal. miniſter baptiſmi/vel ille terminus miniſter eſt inferius ſolū ɔſequētial'r ⁊ denoiatiue ad illū terminū hō/vel aīal cōiter angeli non ſunt miniſtri/et ſic eſt inferioritas theologica: ⁊ ſic aliq̄s eſt bonus ſacerdos et malus hō/ad veritatē prime ſufficit q̄ bene doceat qđ ipocrita facit. dicebat̄ q̄d malus dicat cognoſcit̄ p terminū cui adiungit̄/⁊ vltra addo q2 ſatis rōnabilis videtur illa regula logicorū adiectiua poſita a parte predicati habere poſſe ſubſtātiua poſita a parte ſubiecti pro ſubſtātiuis vel dare intelligere tranſcendens. Ex iſto ſequitur hanc eſſe diſtinguendā/miniſter eſt mal⁹ primo mō eſt ſenſus/miniſter eſt malus miſter. ſcđo modo ſēſus eſt res mala. Ex i° iterum ſequit̄ hanc eſſe concedendā/fortes eſt bonus cordiger et mal⁹ religioſus ſi bonam habeat cordā et male ſeruet regulam plato eſt malus religioſus ⁊ bonus monachus ſuppoſito q̄ capiatur cōnotatio habitus/ſecus eſt ſi capiatur connotatio magis principalis q2 ſic hec non ſtant iſte eſt malus religioſus et bonus monachus cōiter hñtes meliores hitus ſunt peiores religioſi quo fit hec ɔña eſt nulla fortes eſt bonus ⁊ miniſter ergo eſt bonus miniſter nec ecōuerſo. Non intendimus hic proprie loqui de malo miniſtro ſ3 propri⁹ de miniſtro qui eſt malus homo/ nec venialiter malus ſolum i pñtiarū malus reputatur vbi quis baptiſaret in veniali ſollenniter nō peccat. Ille eſt bon⁹ miniſter baptiſando qui ſcit baptiſare ⁊ facit l3 ſibi ſit malus et ſibi male miniſtrat. Preterea ſupponit̄ q̄ duplices ſunt miniſtri: quidam preciſi ab eccleſia vt depoſitus/degradatus/ſuſpenſus/ excōicat⁹ Aliqui non preciſi et illi ſunt duplices. quidam notorii vt preſbiter notorius fornicator. alius occulte malus. ¶ Iſtis notatis ponuntur concluſiones.

Prima eſt / licet a ſciſmatico heretico vel infideli pōt quis paptiſari: null⁹ tñ d3 ab eis capere niſi in caſu neceſſitatis. Pma pars huius concluſionis ꝓbatur auctoritate bti aug. ſuper ioh. omel. v. et recitatur de conſe. d. iiij. c. baptiſmus. romanus ponti. ⁊c. et pluribus aliis capl'is. Non voco hic poſſe qđ de iure fieri poteſt. Scđa pars pt3: q̄uq̄ ſit cathe. affirmatiua eſt tamen negatiua pregnans. prior ps patet. tales ſunt preciſi ab eccleſia et maxime in ſacramentis: ḡ non l3 ab eis capere ſacramenta tempore quo alii reperiri poſſunt/prohibetur eis communicare cum aliis potiſſimum in ſacramentis eadem prohibitione prohibemur communicare cum eis. Secunda pars patet. quia preceptum eccleſie eſt de non communicando cum preciſo preceptum dei eſt de ſuſcipiendo baptiſmo/et non eſt ſuſpicatio a quo vel preciſo vel non preciſo: ḡ ɔgruū eſt q̄ eccl'ia vtat̄ epikaia q̄ in illo caſu l3 recipere a pciſo Item eſto q̄ vnus preciſus ab eccleſia ſit in extrema neceſſitate poſſum ei ſuccurrere in corporalib⁹ ḡ in ſpūalib⁹ et ſecū cōicare/et intelligo illđ ſiue ſit Pria ɔ°.

adultus ſiue paruul⁹ de ſcđo nō vȝ eſſe magna dif
ficultas ſuppoſito q ſit ī magna neceſſitate: ⁊ ṗmū
pȝ pōderando ꝓceptum dei et eccl'ie q̄ videntur eē
contraria ſed non ſunt/oportet rationem in his re=
ſpicere ⁊ q ſponſa eccl'ia locū det ſponſo. ¶ Scđa
ſecūda ꝯ° concluſio a nō preciſo publice malo ſed nō notorio
ſi ei incūbit ex officio michi miniſtrare poſſū ab eo
ſuſcipere ſacramentū. ꝓbat: qꝛ q̄ꝫdiu non eſt mi=
chi vetitū per eccl'iam poſſum ab eo meū debitum
petere. ſed ſic eſt de 1° vt ſtatim patebit: igitur ē pro
babile q penitet de peccato ſuo et interꝑtādū a me
ī meliorē partem: et q̄dquid ſit nō ſum cā quare ip=
ſe peccat. peto m̄ debitū. Ex iſto ſequit̃ q ab occul
to malo baptiſmū recipere lȝ at teneat̃/ in extrema
neceſſitate quilibet pōt baptiſare ⁊ angelus bonus
et angelus malus ſi nobis conſtaret. gerſon in r̄lis
moralibus d̄t/requirit̃ de neceſſitate q miniſter ba
ptiſmi ſit viator. propterea excludit angelos et de=
mones. Illud eſt contrā doctrinā multorum theolo
gorum michael in mōte gargano inhibebat ep̄o ſi=
pontino dedicare eccl'iam cū ipſe dedicaſſet lȝ vnū
ſit ſacramentale et aliud ſacramentū poterat idem
feciſſe aliquē baptiſando. ſed pbr̄ poſtq̄ꝫ eſt eccleſie
miniſter layco q̄ꝫtūcunq̄ꝫ bono preferendus eſt et
clericus laico ⁊ mas reſpectu femine. ¶ Cōtra ṗ=
Arguitur cōtra pri= mam con cluſionē 3. mam ꝯ°nem ar̃ ſic/petens a preciſo ſacramentū ec
cleſie eſt cauſa q preciſus peccet cū faciat eū dare
ſacramentū in peccato: et ſic alter facit irreueren=
tiam ſacramento et per ꝯn̄s petens eſt occaſio illi⁹
peccati: et potiſſimū ſi miniſter eſt ille cui incumbit
ex officio et ſciat ſe eſſe in pctō: pȝ. j. q. j. c. remiſſio
nem. immūdus tangens conſecrata in lege pecca=
bat. leuitici. ij. Ois homo qui accedit de ſtirpe vr̃a
ad ea que cōſecrata ſunt imundus/peribit corā do
mino. Et cōfirmat̃. poſito q pbr̄ ſit ita malus q nō
vult baptiſare gratis: ſed baptiſmū vendere/nō li=
cet a tali miniſtro ſic ſacramentuȝ recipere: ḡ mali
cia miniſtri prepedit baptiſmi ſuſceptionē. ¶ Reſ=
Reſpōſio ad argu. pondetur diſtinguendo q petens ſit cā peccati vel
occaſionaliter et indirecte: et ſic concedit̃ et hoc nō
eſt peccare. qui petit debitum qꝛ nullus eſt alius cle
ricus vel laicus potens baptiſare ex ypotheſi cui⁹
dat ei cauſam vt peniteat de ſuo pctō et malignita=
te. an baptiſans in peccato peccet: tenet̃ cōis q ſic
qn̄ ſolenniter facit: ſecus eſt ſi in breui neceſſitate eſ
ſet anguſtiatus baptiſare vbi non occurrit mēoria
peccatorum nec datur tp̄s ſufficiens: vel directe et
ſic nego/ꝑter intentionē petentis eſt q alter ſacra=
mentum irreuerenter miniſtret. ſimile eſt nunc ī re
formationibus fortes reformās religioſos expellit
eos nolentes religioſe viuere. iſti alii expulſi fortaſ
ſis peius viuunt volens eos bene viuere ⁊ q̄ eſt cau
ſa indirecte illius pctī non ꝓpterea peccat/vel dire
cte eſt cauſa peccati et ſic nego: ille directe eſt cauſa
peccati qui alium inſtigat ad peccandū hoc eſt q̄ in
tendit q alter peccet vel facit aliud indebite qđ eſt
cauſa peccati alterius. ¶ Ad confirmationē reſpō
detur: licet emere aquā a pbr̄o/ſed non lȝ emere ba
ptiſmū. nec nunc inſiſto/licet emere aquā et aqua ē
vel poteſt eſſe baptiſmus igit̃. ſed pone preſbiter di
cit non baptiſabo hunc vel alius miniſter laic⁹ hoc
dicat niſi mihi dederis pecuniā pro baptiſmo. Re=
ſpondeo difficile eſt dare ita malū/ ſed eo admiſſo
vel baptiſandus eſt adultus ⁊ tunc nichil dabit ſuf
ficit ei ſua bona volūtas/baptiſatur baptiſmo flami
nis/vel eſt aliquis impotens baptiſare puta eſt mā
cus et nullū hȝ niſi illū malū miniſtrū et puer ſtatiȝ
morietur q̄d faciendū eſt/et dico q nullomō dabit
pecuniam pro baptiſmo. nō ſunt facienda mala vt
inde eueniant bona: tamen poteſt dare alteri pecu=
niam vt redimat vexationē ſuā non habens intēſio
nem emere baptiſmū non curando de intenſione ⁊
malicia alterius. etiā vbi alter eſſȝ ita malus vbi di
ceret nō baptiſabo niſi dederis pecuniā pro baptiſ=
mo ⁊ aliter nō recipiā niſi vbi emiſeret ſcādalū ꝓpt̃
ſimoniā tūc puer relinq̄tur in manus dei/emēs pōt
plus dare pro re q̄ꝫ valeat propter neceſſitatē quaȝ
patit̃. patȝ de re deſiderata ab infirmo tp̄e morbi vt
de malo punico ēt in contractu emptionis licitū eſt
emptori augere ꝓciū et venditori diminuere et non
ecōuerſo: abrahā emit plus ſpeluncaȝ duplicēȝ ab
ephron etheo q̄ꝫ valeret. Forte dicis ſi quis habue
rit bn̄ficium per ſimoniā tenet̃ reſignare ergo ſi q̄s
ſimoniace fuerit baptiſatus non recipit baptiſmū.
ꝯn̄a eſt nulla vt pȝ in baptiſmo ſunt eſſentialia oīa
ad baptiſmū eſto q ſit ſimonia in baptiſante et de⁹
noluit efficatiā propter eius maliciā auferre a ſa=
cramentis. ſimoniace bn̄ficiū impetrans non acci=
pit titulum in beneficio et ſic tenetur reſtituere.
¶ Scđo ar̃. cip̄anus martyr tenuit q baptiſm⁹ ce
ptus ab heretico non vȝ: ⁊ in h̄ finalr̃ mortuus eſt ⁊ Scđo ar̃.
eſt martyr: ḡ illud tenere non eſt falſū. ¶ R̄ndetur Reſpōſio
duplicia ſunt credibilia vt ſufficit in propoſito. q̄dā ad ſcđm.
q̄ quis ſcire tenet̃ et illa diſtinguunt̃ ſcđm maius et
min⁹/theolog⁹ tenet̃ pl'a ſcire q plebe⁹ ⁊ int̃ plebe
os aliq̄ plus aliqui min⁹ ſcđm eorū naturalia ⁊ im
pedimēta/ī pleriſq̄ꝫ locis rariſſima eſt ꝑdicatio vix
ſemel in. xx. annis in aliis pluries. Aliqua ſunt que
quis non tenetur ſcire etiā q̄ꝫq̄ꝫ bene doctus: qꝛ du
bium eſt an ſit catholicū. eſto q de facto ſit catholi=
cū/vt hic hereticus pōt baptiſare in ſenſu ꝯpoſito
q̄ in dieb⁹ cipriani erat anceps quouſq̄ꝫ erat deter=
minata p eccl'iam. ſimile erat an btā virgo eſſet cō=
cepta in peccato originali/vel ne ante determiatio
nes conciliorū et vniuerſitatū. qđ de btā virgine di
co partim exēplariter ſit dictū partim pro caſu no
ſtro an determiationē aliquā reputo fuiſſe apparen
tius dixiſſe eā oīs noxe originalis et alterius fuiſſe
exptem vt in tertio teneo. Tunc dicit̃. aſſentire vel
diſſentire talibus nullū eſt pctm̄ qꝛ eſt ignorātia inui
cibilis iſtū excuſās ſi diſſentiat hiis q̄ ſcire tenetur
peccat et virtualiter reputatur hereticus/nō placet
michi cum aliquibus q peccet venialiter qꝛ nimis
leuiter tenuit propoſitionē ſacris eloquiis (licet la=
tenter) contrariam: quia nec habuit auctoritatē ad
illam fulciendum nec rationem. illud eſt valde du
rum quia pari ratione ſequeretur q beatus bernar
dus alexander thomas et alii peccaſſent venialiter

añ determiatione eccl'ie ⁊ vniuerſitatū ꝙ btā virgo
non erat concepta in originali peccato añ determi=
natione tenuerunt oppoᵐ et tñ neqȝ habuerunt au=
ctoritatem ſufficientē nec rationem niſi ſophiſticā
affirmatiua illa eſt falſa et falſum ꝓbare eſt impoſ=
ſibile:ſed qꝛ iſti doctores fecerunt qḋ in eis erat ⁊
videbatur eis eſſe dicendū/nec tunc tenebanꝰ ſcire
aſſentientes illi non pertinaciter nullomō peccaue
runt:et ſic eſt adhuc circa multas ꝓpoſitiões theo
logas vbi doctores ꝯtraria opinanꝰ vt in prologo
oſtenſum eſt de beato hieronimo et btō aug.⁊ ꝑ le=
gem ꝯdictoriarū vna pars eſt falſa:ſed qꝛ firmiter
non conſtat q̄ eſt illa/abſit ꝙ aſſentientes parti falſe
propterea peccarent/ī materiis de vſuris vel ſimo
niacis homo dicens ꝑtem quā credit veraȝ eſto ꝙ
ſit falſa peccaret quis auderet vnq̄ȝ tunc aliis con=
ſulere ⁊ tñ illud ſequitur ad oppoſitum. ¶ Cōtra
illud arꝰ:vetula aſſentiens prelato ꝑdicanti hereſim
peccat qꝛ eſt heretica ⁊ facit qḋ in ſe eſt vt aſſentiat
ergo in hoc ciprianus martyꝛ ſaltem venialiter pec
cauit/⁊ eodēmō abbas ioachim.ex̄. de ſumma tri=
nitate ⁊ fide catho.ca.dānamus. Videtur altiſſio.
et pleriqȝ alii viſi ſunt dicere ꝙ illa bona vetula pec
cat in caſu non debet aſſentire prelato niſi qñ predi
cat verum/hanc opinionē reputo falſaȝ ⁊ arguo ſic.
vel lȝ vetule credere prelato vnq̄ȝ predicanti pro=
poſitionē quam ipſa prius non audiuit/vel non.ſm
profecto dari non poteſt. Si dicas qñ prelatus pre
dicat verū debet credere et non qñ predicat falſuȝ
hoc nichil eſt qꝛ eā latet nec tenetur illud ſcire ꝓut
ſupponiꝰ:ergo ꝑmū eſt dandum ſiue predicet verū
ſiue falſum cuius oppoᵐ non tenetur ſcire ipa aſſē=
tiendo ſine vlla dubitatione nō demereꝰ/ſed ſi fue=
rit in gratia meretur ſi aliud nō obſtat. ſi ſint duo ꝑ
lati ſortes et plato ſortes ꝑdicat ꝙ xp̄s erat lancea
tus a milite poſt mortē vna vetula audit et aſſentit
plato predicat ꝙ xp̄s erat lanceatus ante mortē ple
beus aſſentit falſo ⁊ vetula vero equal'r ceteris pa=
ribus merentur. Sed ad vidēdum an vetula ſit he
retica notabis ſcḋm beatum hieronimuȝ. Hereſis
eſt dogma falſum fidei chriſtiane contrarium/dog=
ma falſum eſt propoſitio falſa vel eius aſſenſus.
Dicitur fidei chriſtiane quia propoſitio cōtraria ꝓ=
poſitioni geometrice vel phiſice nō eſt hereſis nec
peccatum niſi ſit inanis glorie cupiditas vel aliqua
alia mala circumſtantia.dicitur ꝙ non ſufficit ad eē
hereticum tenere hereſim ſed requiritur ꝙ teneat
cum pertinacia:modo ſecus eſt de vetula licet ipſa
credat/xp̄us erat lanceatus ante mortem poſtq̄ȝ au
diuit a prelato et nullo pacto illā dubitet poſtq̄ȝ au
diuit alios dicere oppoſitum fluctuare incipit ⁊ qḋ
ante credebat fortaſſis opinatur forte nulluȝ aſſen=
ſum habet ſed poſtq̄ȝ capit oppoſitum eſſe verum
a fide dignis indubitanter illi adheret iſta cauta ve
ritate querit veritatem et parata eſt animo eam co
gnoſcere cognitam libenter inſequi/ſecus erat de
arrio ſabellio et aliis hereticis et hereſiarchis qui
inconcuſſe adheſerunt ſuis erroribus et declaratis
oppoſitis veris a fide dignis quorū teſtimonio de=
buerunt adherere ſuam ſententiam pernicioſe con
ſequenter tutarunt ſpernentes ſuam ſalutem ſcḋȝ
illud ſedulii libro ſcḋo cum recitat fidem catholi=
cam in diuinis/inquientis. Hec eſt vera fides hanc
ſpreuit habere ſalutem Arrius infelix. Sed ſi quis
erret qualitercumqȝ in hiis que tenetur ſcire vel eſt
veriſimile ꝙ ſciuerit illaȝ eſſe catholicam facile ha
betur ab eo ſuſpitio ꝙ eſt hereticus ī materia de eu
chariſtia diſtin.xj.queſtio.ij.videas an liceat cathe
goce adorare vel conditionaliter/ſed qꝛ modus op ꝯ ſcḋaȝ ꝯ=
poſitus eſt ſatis cōmunis in ſcola vbi occurrit ex= cluſio.aꝛ.
tremis digitis tango. ¶ Contra ſcḋam concluſio=
nem arguitur ſic:non licet michi audire miſſam no
torii fornicatoris:ergo nec ſecum cōicare in ſacra=
mentis a fortiori. Aſſumptum patet ex̄. de cohabi=
tatione clericorum et mulierum.veſtra duxit deuo
tio. Pro ſolutione huius nota ꝙ duplex eſt noto=
rium/quoddam facti/aliud iuris. Primū eſt quā=
do nulla tergiuerſatione poteſt negari vt ſortes ꝑſ
biter habet in domo mulierē et iuuenes pueros ex
ea genitos nec conſtant aliunde ex patre. Notoriū
iuris eſt quando eſt conuictus coraȝ iudice vel per
chriſtiani confeſſionem/vel probatus talis per te=
ſtes fide dignos/ et ſic non eſt idem notorium et
publicum conuertibiliter/imo ſe habent ſicut ſub
et ſupra/ omne notorium eſt publicum/ſed non
econuerſo in aliquo publicato opus eſt probatione
teſtium ad hoc ꝙ ſit notorium patȝ in publicato ex
fama aliud patet ex tra de habitatione clericorū et
mulierꝝ.tua nos. Ex illo facile poteſt ſciri qḋ pec=
catum eſt occultū/et quot modis occultū capi po=
teſt ſcḋm ꝙ poteſt opponi notorio iuris notorio eui
dentie facti. Preterea aduerte/poſſuȝ abſtinere ab
audienda miſſa ſuperioris tribus modis. vno mo=
do talium ſolēnia reſpuendo ac ſi ſolennia non eſ=
ſent nec valerent/ et hoc non debemꝰ. Aliomodo
vt iſti fornicatores a peccato retrahanꝰ per verecū
diam qñ eorum ſacrificia relinquimus. hec diſtin=
ctio habetur in capl'o veſtra.§. Item aliud eſt a ta=
lium officiis abſtinere vt peccandi licentia ceteris
auferatur et huiuſmodi ad penitētie fructum tra=
hatur atqȝ aliud ſi talium tanq̄ȝ in fornicatione iacē
tium talium miniſteria reſpuantur.et ſequitur ſine
dubitatione itaqȝ teneatis ꝙ a clericis et preſbyte=
ris q̄ȝq̄ȝ fornicariis q̄ȝdiu tollerātur nec habēt ope
ris euidentiā licite diuina officia audiantur et alia
recipiantur ſacramenta eccleſiaſtica et hunc rigo=
rem decretalis tenuerunt antiqui doctores/etiam
theologi. Teneo cū parte illa ꝙ ſunt ſinendi q̄ȝdiu
tolerātur ab eccleſia ſiue factum ſit notoriū ſiue pu
blicum ante ſñiam eccleſie:ſed in facto notorio nō
eſt opus probatione teſtium et rigor decretalis eſt
ablatus per contrariam conſuetudinem et hoc ra=
tionabiliter ne detur occaſio ſubditis in ſuperiores
temere inſurgere/interdū fingerent falſuȝ occultuȝ
et ipſum publicarent et facerent interdū ferme no
torium.indoctum vulgus etiam non cognoſcit qḋ
eſt notorium.

¶ Diſtinctionis ſexte queſtio prima.

Notandū Queritur circa ſextam diſtinctionem / an caracter ſit cauſa initerationis baptiſmi et que pena debetur iterantib⁹ baptiſmū. Pꝛo ſolutione notandum eſt ꝙ non reperitur patenter caracter in canone biblie in ſermone qua doctores vtuntur in pꝛopoſito nec reperitur in biblia ante .xiij. caplm a pocalipſ. ſed non capitur in hac ſignificatiõe vt patet / et faciet oẽs puſillos et magnos ⁊ diuites et pauperes et liberos ⁊ ſeruos habere caractere3 in dextera manu. non loquitur de caractere ſicut vtimur / quia ponit illum in dextera manu: ſed quia ſā ctorum alique auctoꝛitates magis quadrant et doctores theologi cateruati ponũt et non eſt ratio foꝛtis caracterem potẽs impugnare indiſciplinati eſt caractere3 negare. in capite maioꝛes: de baptiſmo et eius effectu: eſt ſermo de caractere altiſ. alexan. bonauen. thomas et omnes / caracterem ponũt. alíquí dixerunt ꝙ erat relatio vt bonauentura recitat ad quod aliquod aliqui poſterioꝛes inclinant / ſed relationes quoquouerſū inficioꝛ beatus augu. vtiſ illo termino ad donatum pꝛeſbiterū / ⁊ recitaẗ. xxiij queſtione .iiij. diſplicet / circa medium et vos oues xp̄i eſtis caracterem dn̄icum poꝛtatis in ſacramẽto quod accepiſtis et erratis et piris. item aug. ad per uinianū de hereticis et damnatis / et recitatur .j. q. j. ꝙ quidam / quaſi circa pꝛincipium / ⁊ diffinitur ſic ¶ Caracter eſt ſignum anime impſſum in ſuſceptiõe ſacramẽti indelebile ⁊ diſtinguens habentẽ a nõ habente indelebile caracterẽ ab habitu ⁊ actu ſeiūgat potentiam anime ipam aiaꝫ pono non eſt indelebilis quin deus delere poteſt: ſed non delebitur in via vel in patria. eſto ꝙ fides deleatur in patria ob noticiam clarioꝛem ſuperuenientẽ nec in dãnatis abolebitur in eoꝛum confuſionem: illa diffinitio ẽ bona de potentia dei oꝛdinata. diſtinguit quidam ſolū argutiue ⁊ ſi oẽs eſſent xp̄iani diſtinguit xp̄ianos a non xp̄ianis poſſibilibus. hoc eſt dictu eſt ſufficiẽs diſtinctio ex parte eius non tunc pꝛopꝛie capiendo diſtinctionem / q2 nec ens non enti / neq3 non ens enti eſt idẽ vel diuerſū ꝑpꝛie captis termis. ¶ Sed ɔ̃

ɔ̃ ꝫ dicta arguitur. caracter eſt qualitas: ergo male diffiniẗ ꝑ ſignum loco generis. Item in circuncíſione nõ imꝑmebatur tunc caracter: ergo nec in baptiſmo: tenet conſequentia. q2 vtrunq3 ſacramentum ſucceſſiue erat ianua circunciſio vt patet ex pꝛemiſſis q̃ſtionibus illa ianua obſtructa aperta eſt alia ſc3 baptiſmus. et añs patet. quia doctores cõmuniter illud non ponunt. Reſpondetur diſtinguendo añs / vel qualitas capitur ſcd̃e intentionaliter et ſic ſub iectum ſupponit materialiter pꝛo termino caracter et ſenſus eſt. Ille terminus caracter eſt de pꝛedicamento qualitatis et ſic ɔ̃ña non valet niſi ſit ſermo de diffinitione quidditatiua quã ille terminus caracter non poteſt habere. ſi qualitas capiatur pꝛme intentionaliter ɔ̃ña minus valet / ſimilitudo eſt qualitas: et tamen bene diffinitur per ſignum ille termi nus ſimilitudo. Non pono res in pꝛedicamento ſ3 terminos / eadẽ res numero ſignificata ponitur i diuerſis pꝛedicamentis eo mõ quo rei conuenit poni in pꝛedicamẽto cum hoc addito res ſignificata. Idẽ caloꝛ numero eſt q̃titas et ſignificatur per illū terminum q̃titas / qualitas / ſimilitudo / actio / paſſio. Ad aliud an in circunciſione impꝛimebatur caracter rationabilius eſt ꝙ ſic. ¶ Iſtis notatis pono concluſiones. Pꝛima eſt licet voluntas dei ſit cau ſa initerandi baptiſma. tamen caracter eſt argumẽtum ſaltem a poſteriori ad hoc concludendum ſoꝛ pars patet: quia illa tria ſacramenta ſunt interabilia ſc3 baptiſm⁹ / confirmatio / et oꝛdo in quibus imꝑmitur caracter: et hec ſola tria ſunt initerabilia. prima ɔ. ¶ Conſequenẗ aſſumptis veris opoꝛtet dicere quiq3 ſunt caracteres ſpecie ſpãliſſima diſtincti tres in oꝛdine ⁊ foꝛte plures et duo in iſtis ſacramẽtis. ꝙ ſpecie differant apparet pꝛopter differentes effectus. hec ſuaſio eſt tenuis ꝯ foꝛte dicis habens baptiſmū flaminis habet vnum caracterem iā anime impꝛeſſum et iterum alium habebit in baptiſmo fluminis et ſic duos caracteres baptiſmales habebit. Reſpondetur ꝙꝙ baptiſmus flaminis ad ſalutem ſufficiat non videtur ꝙ in illo impꝛimatur caracter ſ3 ſolum in baptiſmo fluminis. ex quo patet. non inconuenit aliquem eſſe beatum qui illo caractere vacat non tamẽ video qui baptiſatus baptiſmo flaminis poſtea accedens baptiſma fluminis gratia3 habebit ſacramentalem: ſed ponendo caracterem in circunciſione ſicut eſt pꝛobabile quis habebit duos caracteres in ſignum fidei ſcl3 circunciſionis et baptiſmi qui ſunt aliarum rationum. exiles ratões habere potes contra negantem caracterem in circũciſione. ¶ Secũda ɔcluſio: ſciẽter capiẽs bis baptiſmum incurrit penam canonicam / hoc eſt penã inflictam a canone / eſto ꝙ eum latet que ſit illa pena. pꝛobatur: quia talis dat operam rei illicite quẽadmodū percutiens clericum eſt excõicatus eo facto eſto ꝙ eum latuit percutientem ꝙ canones inferant tales penas / illa pena in pꝛopoſito eſt irregularitas illud patet extra de apoſtatis reiterantib⁹ baptiſmum ex litterarum. quid accolitus miniſtrauit ſacramentum baptiſmi ſuo fratri languenti vt liberaretur a graui infirmitate q̃ laboꝛabat pontifex romanus diffiniuit ꝙ ſi publicatum eſt ad ſuperioꝛes oꝛdines pꝛomoueri non debet niſi ad religionẽ trãſierit vt fauoꝛe religionis ipſius valeat diſpenſari. Si vero occultum eſt / pꝛomoueri poterit: illud patet de conſec. diſtin .iiij. qui bis ignoꝛanter baptiſati ſũt nõ indigẽt ꝑ eo penitere niſi ꝙ ſ3 canones oꝛdinari non poſſunt niſi aliqua magna neceſſitas cogat qui autem non ignari iterum baptiſati ſunt q̃ſi iterum crucifixerunt xp̄m per ſeptem annos peniteant quarta et ſexta feria et tres quadrageſimas ieiunent ſi pꝛo vitio aliquo fecerunt / ſimiliter ſi pꝛo mundicia putauerũt tribus annis peniteant. Ex iſto patet ꝙ qui dubitat an eſt baptiſatus vel ne poteſt ire ad baptiſma et non incurrit iſtã irregularitate3 nec eñ baptiſãs / pbr̃ non teneẗ facere ſollertẽ indaginẽ ad inueſtigandū an puulus vel adult⁹ eſt aliſ bi baptiſãs. illõ p3 de conſecratione diſtin .iiij. cum itaq3 baptiſmi ſui nichil recoꝛdetur qui regenera=

rationis eſt cupid⁹ nec aliter de eo atteſtari pōt paulo poſt ſed in hoc ſimile nichil formidatur qm̄ non poteſt initerationis crimine venire qd omnino factum eſſe neſcitur/ſm leges laycus eſt decapitād⁹ preſbiter deponēdus. ¶ Contra iſtas cōcluſiones arguitur ꝙ bis baptiſatus ſciēter non incurrat hāc penam canonicā et pono per caſum ꝙ duo vel tres ſimul baptiſent vnum paruulum ſic ſcilʒ ꝙ quilibet eorū trium ſimul et ſemel incipiat aſpergere aquā et proferre verba. Arguitur ſic: vn⁹ eorum baptiſat et non eſt maior ratio de vno ꝙ de alio: ergo ille paruul⁹ baptiſatur a pluribus: ergo pluries baptiſatur. forte negas ꝙ ille paruulus baptiſetur. Arguitur ſic: ſi vnus ſolus paruulus aſperſiſſet et protuliſſet verba clarum eſt ꝙ ille baptiſaſſet: ergo ſi vn⁹ alter ſecum proiecisſet aquam ſuper paruulū proferendo verba ille alium non impedit. Item ſi idem ponatur ī diuerſis locis eſto ꝙ duo preſbiteri illud ſciant vident paruulum in neceſſitate vterqȝ preſbiter tenetur paruulum baptiſare q2 dubitat de vita paruuli et neſcit an aliquis eū baptiſat: ergo vterqȝ debet illum paruulum baptiſare. Huic argumento dicitur ꝙ ille eſt baptiſatus a quolibet iſtorū quoād modū in cena dn̄i romanus pontifex cardinales et multi aſtantes conſecrant idem corpus dn̄i et quilibet eoꝝ/et ſic concedo ꝙ a pluribus baptiſetur/ſʒ non pluries q2 pluries dicit interruptionem temporis et propterea cōcedimus ſortem non totiens fuiſſe hominem ſicut fuiſſe pariſius/ſed hic aduerte ꝙ ſi vnus finierit ante alium ille baptiſat et alter nichil facit nō eſt cura quis prius incipit dū modo quilibet inter proferenda verba aſpergat aquam ⁊ ſimul terminēt. ¶ Sed contra hoc arguitur ſic ibi ſunt plures baptiſationes: ergo eſt pluries baptiſatus. Reſpondetur/ſi baptiſatio capitur actiue conceditur ꝙ ſunt plures baptiſationes q2 plures homines baptiſantes/ ſi paſſiue vnus ſolus/ſi abſtractiue pro baptiſmo vel pro verbis concedo/et ſic concedo hanc copulatiuam ſortes eſt ſemel baptiſatus et tamen .xxx. baptiſationibus. baptiſatio nō inheret ſubiecto baptiſato ſicut albedo rei albe et ſic iſte eſt baptiſatus a pluribus cauſis totalibus vt totalibus tantū vʒ ſicut ſufficientibus/ſed non vt tantū valet ſicut ꝓaſis/ſed dicis caracter eſt impartibilis quis eoꝝ illum cauſat ī animam baptiſati: dico non eſt exploratum an caracter ſit indiuiſibilis probabile eſt omne accidens anime eſt intenſibile et remiſſibile licet aliquod nec intēditur nec remittitur a creatura q̄ꝗ̄ illa via nō caret ſpinis propter act⁹ ſinchathegoreumaticos affirmatiuos ⁊ negatiuos ſed quocunqȝ iſtorum modoꝝ dato deus caracterē creat et nullus iſtoꝝ cauſalitatem propriam habet reſpectu caracteris q̄libet eſt tamen cauſa ſine qua non/ſufficiens reſpectu eiuſdem. Forte dicis tunc iſtorum vterqȝ poterit dicere nos te baptiſamus et ſimul poſſunt dicere nos te baptiſam⁹ ⁊ ſic duo copulati baptiſare poſſunt/ hoc non eſt abſonum quando diuiſim baptiſant hoc eſt quilibet eoꝝ ⁊ formam profert et aquam applicat quo ſīt hec illatio eſt nulla nullus habet duos patres naturales ergo neqȝ ſpirituales/etiam ſi quis dicat nomine proprio nos te baptiſamus baptiſat licet perperam agat non vtendo forma cōmuni plerūqȝ vnus de ſe loquens vtitur plurali numero / vt nos iacobus dei gratia. non eſt neceſſarium ad eſſentiam ſacramenti ponere nomen baptiſantis nec ꝓnomen. ſufficit ꝙ ponatur terminus ſignificans lotionem cū aliis eſſentialibus et licet deus ſit vnus cuius ego ſum miniſter/non ſequitur ꝙ debeam vti pronomine ſingularis numeri. ſtat dare mille miniſtros ſimul eundem baptiſantes ⁊ ibi non eſt preciſe vnitas miniſtri/etiam ſunt plures perſone in diuinis. Forte dicis ſi duo ꝓferant ego te baptiſo et vnus finit ante alium ille non baptiſat dicendo nos te baptiſamus cum propoſitio ſua ſit falſa. dico eſſe falſum nichil facit ad formam. grecus bene baptiſat et tamen ſua oratio non eſt vera vel falſa. Ad confirmationē poſito ꝙ idē ponat̄ ī diuerſis locis dicitur ꝙ caſus eſt preter legem. ſed eo dato ſi vnus preſbiter ſcit ꝙ alter illum baptiſauerit nō debet attentare rebaptiſare/ſed punctum eſt ſi paruulus ſit rome et pariſiū et preſbiteri ſciant et de ſe inuicē nullum eſt preiudicium ſi ſimul baptiſant hoc eſt deſinant proferre/ab vtroqȝ eſt baptiſatus. ¶ Secundo arguitur ad idem poſito ꝙ quis moriatur inter proferenda verba baptiſmatis tunc poteſt baptiſari/quod pʒ: q2 nō eſt baptiſatus: ſed probo ꝙ tūc licet rebaptiſari moriatur titius proferendo vnam ſillabam de filii: et arguitur/q̄cunqȝ aliqua pars illius totius orationis eſt/tota illa oratio eſt/et quando tota illa oratio eſt/quelibet pars eius eſt q2 totū eſt niſi ſue partes: ergo tota forma et quelibet pars forme eſt q̄cūqȝ aliqua ſillaba ꝓfertur: ergo erat prius baptiſatus. Confirmat̄: ponatur idem in diuerſis locis in vno baptiſetur et in alio non/et ponatur ꝙ peccatum originale eſt qualitas in anima et tunc duc argumentū tuipſe. Ad argumentū intendo facere in materia de eucha⁊ circa illam propoſitionem hoc eſt corpus meum. Ad confirmationem dicas tuipſe. Tertio pono ꝙ duo deferantur preſbitero ſortes et plato et preſbiter intentionem baptiſandi vnū habet/ſed non cogitet de quo diſtincte/tunc ſic arguo: vtrūqȝ iſtoꝝ licet poſtea rebaptiſare alter eoꝝ eſt baptiſatus: hoc totum ſcit preſbiter: vt ſuppono igitur. Forte concedis alter eoꝝ eſt baptiſatus q̄ro quis eſt ille et quare vnus et nō alter. Reſpondetur ꝙ in illo caſu neuter eſt baptiſatus q2 illa intentio vaga nō ſufficit/requiritur vel ꝙ actualiter habeat intentionem circa vnum vel ꝙ habuerit virtute cui⁹ deſcendit nunc ad baptiſmū ſi nunc non actualiter cogitet quemadmodum de preſbitero qui intendit conſecrare nouē hoſtias demonſtrando decem p̄ntes non determinando ſe ad quaſcunqȝ nouem nullas conſecrat et ſic argumentum eſt ſolutum/ſed non requiritur ꝙ intendat baptiſare filium regis eſto ꝙ filius regis ponatur loco filii ducis ſufficit velle baptiſare hoc ſuppoſitū demonſtratū. Eodēmodo ſi offeratur adultus ma

chometiſta loco adulti iudei vel mas loco femine
ſicut iſaac protulit verba benedictionis in hoc ſup
poſito demōſtrando iacob et deus cū benedixit ſic
cum baptiſans intendit hoc demonſtratum bapti=
ſare deus poſt verba caracterem baptiſmalem im=
primit. ſecus eſt in matrimonio vbi error perſone
matrimonium impedit / tum propter illegittima=
tionem maximi pontificis tū qꝫ iſtud eſt neceſſariū
ad ſalutem illud voluntarium et difficile ſil' coha=
bitare ſi non ſponte a capite inceperunt. Quarto
oblato mōſtro licet dicere ego te baptiſo ꝛc. et tale
eſt rebaptiſandū igitur: et miniſter ſic faciens ſcien
ter non peccat igitur: reſpondetur de monſtro diffi
cile eſt videre an ſit vnum ſuppoſitum vel duo ſi ſit
adultum quidā dant remedium ad ponendum diſ=
crimen ſi alter aliquid vult ꝙ alter non vult cōclu=
ditur ꝙ ſunt duo et due anime / ſed illud in paruu=
lis non prodeſt neqꝫ in adultis: ꝙ probo: ſi illud ſit
in diuerſis locis opinor ꝙ poteſt habere qualitates
contrarias ſimul. ſecus eſt de anima que eſt in pe=
de et in capite propter ſenſus in capite quibus me=
diantibus cogſcit cū hic eſſent varii ſenſus et varie
complectiones ex parte materie eſto ꝙ ſit vna ani=
ma poteſt velle ꝛ nolle: ſed quid tunc remediū an li=
ceat dicere ego baptiſo hoc aggregatum vel hanc
multitudinem eo ꝙ multitudo eſt terminus colle=
ctiuus et diuiſiuꝰ: vnꝰ homo eſt multitudo qꝫ mul
titudo ſuaꝝ partium videtur alicui forte dicendū
ꝙ non eſt baptiſatus qꝫ non eſt ſufficiens intētio ni
ſi determinate feramus intentionem / pꝫ ex dictis.
Sed in oppoſitum arguitur quando apoſtoli bapti
ſabant circiter tria millia actuū .ij. ī die pentheco=
ſtes non videtur ꝙ ſciebāt determinate hic ſunt .iij
vel .iiij. ſed ferebant vos ſuper baptiſatos demon=
ſtratos et preſbiter volens benedicere omnes pre=
ſentes hoſtias neſciens numerū eaꝝ determinate
omnes conſecrat hoc pronomen te poteſt mutari
non modo in numerum pluralem ſed in terminum
non conuertibilem vt patet ī forma grecoꝝ et vide
tur etiam ꝙ miniſter a peccato excuſetur propter
dubium. ¶ Reſpondetur per propoſitiones. ſi ap=
pareat clare ꝙ eſt vnus debet baptiſari cū prono=
mine te latinus: ſed ſi dicat vos reuerētie cauſa dū
modo eſt intentio eius de vno vere baptiſat. licet
mutare pronomen: ſed male agit non vtendo for=
ma debita. Secunda propoſitio poteſt primo vnā
partem baptiſare: poſtea aliam cōditionaliter ſi nō
es baptiſatus poteſt etiam dicere ego baptiſo hoc
aggregatum vel hanc multitudinem ante ſexeſto ꝙ
neſciat an ſit vnum ſuppoſitum vel duo capiendo
terminum collectiuum pariter et diuiſiuū hoc eſt q
vtriuſqꝫ naturam ſapit. ferendo intentionem ſuper
binariū demonſtratum non eſt idem de vos ꝙ po=
teſt eſſe ſingulare vel plurale. ceterum petis an ca
racter eſt in eſſentia vel potentia anime qꝫ nō pono
potentias ſic ab anima diſtinctas: dico ꝙ caracter
eſt realiter in eſſentia anime intellectu et voluntate
et magis proprie ad nudam eſſentiam anime ſpe=
ctat cū ad nullam operationem tendat intellectus

vel volūtatis nullam auctoritatem habet reſpectu
alicuius operationis non video quomodo cara=
cter actionem habeat ad baptiſmū vel ad confir=
mandum vel ad conſecrandum. forte dicis ſtat ba
ptiſatū peccare qn̄ baptiſatur: ergo deus non infū=
dit ei tunc caracterem aliquē vel donum ſuperna=
turale alioquin curaret imperfecte caracterē ꝛ gra
tiam non dando. dico ꝙ curat perfecte in illo ge=
nere licet non ī eſſe gratie balaam infideli ydolatre
cōmunicata eſt ꝓphetia numeri .xxiiij. ſcd̄m illud
ſedulii. Angelici tremefacta minis affat aſella Seſ
ſorem per verba ſuū linguaqꝫ rudenti Edidit hu=
manas animal pecuale loq̄las: dicis caracter ani=
me īheret: g̃ nō eſt nobis ſignū ſufficienter oſtēdens
xp̄ianū a nō xp̄iano. reſpondetur conſtabit in p̄ria
habemꝰ ſignū ſufficiēs nunc nobis moraliter cōſtat
q̄ ſunt baptiſati potes facere argumentū de phito=
niſſis que dicuntur auferre aliquos infantes bapti=
ſatos et ponere deteriores in loco eorum ſicut ho=
mines reſicare ſolent / ſed quicquid ſit de caſu illo
non eſt contra concluſionem ſi non eſt certitudo an
talis eſſet baptiſatus poteſt conditionaliter bapti/
ſari. poteſt eſſe argumentū de vno paruulo occiſo
propter chriſtum an talis reſuſcitatus tenetur ad
baptiſma fluminis et conſtat ꝙ ſic propter precep=
tum commune de batiſmo fluminis q̄ꝙ talis ſit lo=
tus ab originali culpa qꝫ ſic erat de apoſtolis. Sꝫ
contra: preſbiter baptiſans aliquem orat pro illo
ille eſt martir modo iīuriā facit martiri qui pro eo
orat vt patet extra de celebratiōe miſſa. cū marthe
paragrofo tertio loco / ſed hic poteſt dici ꝙ hoc in=
telligitur de illo qui finaliter diſcedit marthir hoc
eſt ſic moritur nec reſuſcitatur / ſed ponamus duos
ſimul proferentes ego te baptiſo ſi nullus alius te
baptiſet: queritur an titiꝰ eſt baptiſatꝰ ab altero tā
tum et rationem aſſigna / ſi ab altero. cōtra: non eſt
intentio ſua baptiſare titiū niſi ea lege ꝙ nullꝰ alius
eum baptiſet ſed alius eū baptiſat ſi baptiſetur cū
pilis eſt ratio ꝙ is ab vtrouis baptiſetur. Si dicas
neuter baptiſat. Contra: tunc ſi vnus non baptiſat
puta ſortes alter plato intendat titiū baptiſare ſi a
nullo alio baptiſatur: ſed titius nō baptiſatur a ſor=
te per te: ergo baptiſatur a platone: rurſus ſi plato
ſolus illam orationem protuliſſet titius fuiſſet ba=
ptiſatus: ergo ſophiſma ſortis in illo caſu nō debet
impedire titium qui eſt baptiſatus opinor neuter
baptiſat eſt repugnantia ex parte intenſionis et for
me. ſecus eſt quando vnus ſolus profert illam ora
tionem vbi nulla eſt recalcitratio in oppoſitum ba=
ptiſmi. Si ponas monſtrum ex tauro et homine ſi=
cut de minotauro vgiliꝰ recitat ſexto eneidos. mix
tūqꝫ genus, preleſqꝫ biformis minotaurꝰ ieſt. loquēs
de laberintho dedali. Reſpondetur ſunt fictiones
poetaꝝ: ſed quando ita in vſu eſſet pars ea que ho=
mo appareret baptiſetur altera relicta. Si ponas
ꝙ deus creet vnum hominem nūc qui non deſcen=
dit ab adam an neceſſe eſt talem baptiſare / caſꝰ eſt
preter legem nō eſt neceſſe talem baptiſare vt mū=
detur ab originali cū in eo non concipiatur / ſed pro

conſequenda gratia et impletione precepti dei talis debet baptiſari. Forte dicis contra illam conditionalem baptiſationem p ſimile in aliis reflexiuis ſi ſortes diceret plato dicit falſum et cōtra idē plato de ſorte aſſereret non eſt neceſſe dicere vtrunqꝫ proferre falſum: ſed vnum/licet ratio videatur eq̄ ergo idē erit in propoſito. Reſpondetur quicquid ſit aſſumptum eſt falſum vterqꝫ dicit falſum et eſt falſificatio mutua ſic hic in propoſito ac ſi diceret ego te baptiſo ſi non baptiſo ī nomine patris ꝛ filii et ſpirituſſancti. Secundo licet in illis inſolubilib⁹ homo poteſt tergiuerſari per obligationes hoc nō eſt pro materia quam tractamus neuter habet intēſionem baptiſandi. pꝫ ex circunſtantia caſus ꝛ hoc ſi intendat ſm prolationem verborum ꝛ licet alter non baptiſat et alius intendit baptiſare ſi null⁹ ali⁹ baptiſat hoc non ſufficit cū equalis ſit ratio alteri⁹ vtrius ac ſi duo ſit ꝓferrent ego te baptiſo in nomine patris et filii et ſpirituſſancti/ego te baptiſo ſi nullus alius te baptiſat prior baptiſat non ſecund⁹ patet ex dictis.

Diſtinctionis ſexte queſtio ſecunda

Notandū VLtimo circa hoc ſacramentum queritur an cathecíſmus et exorciſmus ſint neceſſarii ad baptiſmum. Pro ſolutione nota q̄ iſti termini ſunt greci cathecíſmus idem eſt q̄ inſtructio/debet primo inſtrui anteq̄ baptiſetur et hoc in adultis marci vltimo. Ite docete omnes gentes baptiſantes eas .ꝛc. premiſit ſaluator docete ad inſinuandū q̄ baptiſmum precedat fidei inſtructio . patet de cōſecratiōe. d. iiij. ante baptiſmuꝫ. exorciſm⁹ adiuratio dicitur exorciſte ſunt qui ſuper energuminos vel cathecuminos id eſt ſuper eos qui habent ſpm īmūdum inuocant nomen dñi . paruuli prius exorciſantur añq̄ cathecíſentur vt non ipediantur per demonium anteq̄ inſtruantur. Iſtis notatis ponuntur due concluſiones .

Prima ꝯcluſio. Prima eſt negatiua. pꝫ ex premiſſis ſufficit intentio baptiſantis aqua et verba quo ad paruulū non regeneratum et conſenſus in adulto. Secunda ꝯcluſio. Secunda concluſio cathecíſmus et exorciſmus ſunt de ſollēnitate et honeſtate eccleſie et peccat illa emittens ſm cōſuetudinem ſue eccleſie niſi ſit in periculo q̄ moriatur ante baptiſmi finē: prior pars patet ex notabilibus: ſecunda pars q̄ꝛ tota concluſio eſt exceptiua et excipit caſum neceſſitatis: q̄ꝛ paruulus propter ſollennitatem non eſt exponēdus periculo dāNationis eterne.

Cōtra ſecundā cōcluſionem arguitur. Contra ſecundam concluſionē arguitur probando q̄ paruulus non debet cathecíſari. paruulus nichil intelligit. ergo illa inſtructio eſt ei inutilis. Forte negas conſequentiam: q̄ꝛ patrini pro eo reſpondent quādo preſbiter petit credis. patrinus reſpōdit credo. Contra/patrinus reſpondit pro ipſomet: quod probo: q̄ꝛ ſi pro alio falſum dicit et mentitur: bene ſcit patrinus q̄ paruulus non credit. Preterea p hoc q̄ paruulus eſſet poſtea hereticus videtur q̄ patrinus peccaret et puniri debet: et ſi ſic paucos reperies patrinos. Scdo ar. ꝫ. iiij. ꝯcl. Secūdo arguitur q̄ exorciſmus nichil valet vel illa verba naturaliter effugāt ſpiritus īmundos vel ex pacto diuino ſed neutrum dabis: ergo exorciſmus eſt inutilis. Reſponſio. Reſpondetur ſicut arguendo dictum eſt cōſequentia eſt nulla patrini loco paruuloꝝ reſpōdēt et nego q̄ falſum dicāt. primo. credo tantum valet ſicut fidem habere incipio vel religionē xpianā ingredior. hoc patet de ꝯſecratiōe. d. iiij. nichil aliud eſt credere q̄ fidem habere . Secūdo dicitur q̄ ibi eſt pertrāſcaſſio temporis pro tempore . credo pro tempore quo alter eſt adult⁹ vel tempore quo putatur eſſe adultus. Tertio dicitur poſſumus vti tēpore preſenti pro .xx. annis et ſic illa eſt vera et eſto q̄ cras paruulus moriatur non impedit qui patrinus non mentitur q̄uis propoſitionem falſam dicat que eſt ipertinens ad mentiri. Ad aliud nego cōſequentiam vnde pono propoſitiones . Prima eſt non propterea q̄ paruulus efficitur poſtea heretic⁹ peccat patrinus: ꝓbatur nemo peccat pro delicto alterius cū quo nullo modo cōicat in illo et hoc eſt clarum ſi patrinus faciat paruulum erudiri in articulo fidei. Secūda propoſitio nō obſtat eſto q̄ patrin⁹ paruulū nullo modo i articulis fidei edoceat. hoc patet: debet preſumere poſtq̄ paruulus eſt cū fidelibus parentibus vbi non conſtat ei de oppoſito q̄ eſt ſufficienter eruditus i neceſſariis ad ſalutē vbi non conſtat ei de oppoſito/q̄ꝛ ſi de illo dubitaret dubitatione veriſili non eſſet patrinus excuſat⁹ qui non doceret paruulum in illis mediate vel imediate: et citius ad eum pertinet caſus eruditionis q̄ ad alios xpianos nec illud eſt preter rationem ſicut paruulus poteſt conſequi ſalutem ex fide aliena et ſacramento ſic congruū eſt q̄ obligetur ad ea q̄ ſunt fidei obligatione aliena: et illa non eſt tota cauſa vt inferius dicetur de adultis oſtēſum eſt eſſe cathecíſmum ante baptiſmum ex verbis xpi: Ite docete omnes gentes puta cōia et principia in fide/et hoc patet actuum. viij. cū eunuchus cādacis regine dicebat. Quis me prohibet baptiſari. reſpondit philippus. ſi credis ex toto corde licet. at alter credo filium dei ieſum eſſe chriſtum/exorciſmus eſt rationabilis vt i gñatione ſpūali p⁹ remoueaꝛ diſpoſitio bap^mo^ repugnās q̄ gñatio ſpūalis itroducaꝛ ſicut ignis hūiditatē remouet a ligno añq̄ formā introducat et ortolanus vepres ꝛ vrticas ab orto expellit añq̄ iſerit herbas. et ſi dicas prius dꝫ remoueri cauſa q̄ effect⁹/ſed pctm̄ ꝓmoꝝ parētū eſt cauſa q̄re demō in hominib⁹ hꝫ poteſtatē: ergo ſortes eſt pri⁹ baptiſandus q̄ exorciſandus. maior eſt falſa vniuerſaliter ſi effectus augmentat cauſam vel eam manu tenet . Tertia propoſitio/licet requiraꝛ actus voluntatis ꝓprius illius qui vouit voto proprie dicto non tamen requiritur in baptiſmo. ꝓma pars in materia de voto et. d. xxxviij. patebit/idē etiam requiritur in matrimonio: ſecus eſt in baptiſmo in quo non eſt proprie votum cū ſit de neceſſitate ſalutis anteq̄ acceptetur. Secunda pars patet ex premiſſis hoc non obſtante eccleſia cogit legitime talem paruulū q̄q̄ actualiter nunq̄ poſtea credat ad ſeruanda ea que fidei ſunt et nō cogit pu

rum infidelem:ratio eſt vnus eſt fidelis vel erat per
fidem infuſam alter non. Item quando non pone=
retur fides ifuſa qꝛ vnus eſt de familia chriſti alter
vero non et ſm apoſtoli ſentētiam ad romanos.v.
quid ad me de his que foris ſunt nec paruulus in=
cōmodū poſtea iportat ex hꝰ et pure ifidelis ꝯmodū
ſed oino oppoſito modo quēadmodū ſi eſſent duo
diſcoli cogitur vnus per preceptorem ad ſeruandā
regulam bonam alter habet laxatas habenas alter
vagatur et nullum preceptum habet. Ad ſecundū
argumentum vbi petis an naturaliter effugat de=
mones vel ad placitum/dico ex pacto diuino. Et ſi
dicas dauid ꝑmi regū.xvj.auferebat demonium a
ſaule per pulſum cithare et fumꝰ iecoris piſcis ex=
tercat omne genus demoniorū Thobie.vj.et.iiij.
regum ſexto.heliſeus fecit adduci pſalcē vt pro=
phetaret. ¶ Reſpondetur ꝙ dauid dulciter perſo
nuit/ꝙ minꝰ ſaul apprehendebat vexationem pro=
pter voluptatem in melodia acceptā pluribꝰ inten=
tis minor eſt ad ſingula ſenſus minus cruciatur la=
borans morbo ꝓpter tactum in cimbalis beneſo=
nantibus:licet idē morbus intriſece maneat appre=
henſio actualis intenſa vel remiſſa vel aduertentia
ad aliud delectabi'e partē pene magnā diſſoluit.po
terat etiā dauid per preces et deuotionē in cithara
mereri ne ſaul puniretur vel tantū ſicut antea.de fu
mo iecorꝫ liᵒ.thobie hoc eſt ex deo volente deuotio
heliſei accendebatur per pſalcem vt dignus eſſet
prophetiā recipere/et iam tempus equū fumantia
ſoluere colla circa hoc ſacramentum.

¶ Diſtinctionis ſeptime queſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionem ſeptimam/que=
ritur queſtio vnica:an confirmatio ſit ſacra
mentum iterabile. Pro ſolutione Nota ꝙ
Notandū confirmatio hic non capitur pro cōſtanti firmitate
in bono quēadmodum dicimꝰ ſancti in patria ſunt
confirmati/ſed quomodo capitur patebit ex diffi=
nitione eius inſtitutionis/ congruitas ex hoc pꝫ nā
ſicut in vita naturali vltra gñationē ꝑ quā vita acq̄
ritur/requiritur alia actio ꝑ quam homo ad perfe=
ctam q̄titatem ꝑducitur ſic preter ſpiritualem ge=
nerationem q̄ fit in baptiſmo per quam vita acqui=
ritur/requiritur alia actio ſacramentalis per quam
vita ſpiritualis ad perfectam veritatem deducitur
hoc fit per confirmationem in qua ſpiritus ſanctus
datur ad perfectum robur ſm illud de conſecratio
ne.d.v.omēs fideles ꝑ manus impōnē eꝑorū.ſſ.
accipere debent vt pleni xp̄iani efficiantur:inſuper
ad actum qui habet ſpecialem difficultatem opus
eſt ſpeciali adiutorio.Sed ꝑter difficultatem q̄ eſt
in credendo eſt ſpecialis difficultas confiteri fidem
tempore perſequutionis fides ſola non ſufficit co=
ram ſeuiente tiranno Sed ne i vmbra tranſeamus
reſtat querere que res eſt cōfirmatio et qꝛ ponētes
relationes rationis et reales diſtinguūt a rebus ab=
ſolutis habēt ſuum modū dicendi et nominales nō
intelligētes ſua principia dicunt ꝙ eſt res tranſiens
ſic procedendū eſt ſicut in baptiſmo. Confirmatio
eſt vnctio vel ergo vnctio ibidem ſupponit ꝓ oleo
et balſamo ſimul cōnotando verba et intentionem
vel pro verbis et balſamo vel pro his omnibꝰ vnū
dandum eſt.et iuxta illa q̄ dixi i de baptiſmo dici=
tur ꝙ eſt oleum et balſamum et ſic diffinitur. Con=
firmatio eſt criſma ſanctificatum poſitum in fronte
ſigno crucis ab epiſcopo vtente forma debita et in
tentionem habente quod eccleſia intendit reſpectu
regenerati ſi vſus fuiſſet ratione ſemel conſentien
tis et non poſtea diſſentientis vel nunq̄ꝫ rationem
habentis/vel ſic et meliꝰ innitendo breuitati in diffi
nitionibus. Confirmatio eſt/criſma ſanctificatum
in quo epiſcopus iniungit regeneratum in frōte ad
cuius imitationē deus dat robur accipienti ſuſtine
re in publico fidem/non curo an hec diffinitio con=
uertatur cū diffinito pro omni tēpore:ponitur criſ=
ma non genus ſed loco generꝭ vt videatur que res
eſt confirmatio.relique particule ſunt dr̄e acciden
tarie deus dat robur talis tamen roboratꝰ ex ſecor
dia poteſt ſuccūbere ſed citius confirmatus poteſt
reſiſtere q̄ꝫ non confirmatus qꝛ auxiliū habet.poni
tur ſanctificatū/mat'ia que habet ſpecialē miniſtrū
eſt benedicta vt hic in ordine in extrema vnctione
et penitentia.materia in ſacramento euchariſtie eſt
benedicta ob contentum hoc non requiritur in ba=
ptiſmo et matrimonio vbi laici et ꝑſbiteri ſunt mi=
niſtri.allud ſacramentum eſt de precepto quādo ho
mo eſt in periculo perſequutionis et poteſt haberi
miniſter cum effectus eſt neceſſarius puta confite=
ri fidem in publico et ad hoc opitulatur confirma=
tio igitur:et hoc ſi illi conſtiterit. Poſſunt fieri ſimi
les rationes contra hanc materiam ſicut contra ba
ptiſmum et petunt eaſdem ſolutiones propterea
iane eſt recenſere. Forma huius ſacramenti eſt ſi=
gno vel conſigno te ſigno ſancte crucis In nomi=
ne patris et filii et ſpiritusſancti amē/tales ſunt con
cedende. Sacramentum confirmationis fuit in pi=
xide epiſcopi/ponderat vnam librā:ſacramentum
confirmationis creuit in orto nec hoc eſt magis ab
ſonū q̄ꝫ illud concedere in fundamento illius rela=
tionis/confirmatio eſt res permanēs tamen nō ita
diu manet confirmatio ſicut criſma:patet/qꝛ illud
criſma non eſt confirmatio niſi tēpore prolationis
verborum vt ante dictum eſt de baptiſmo/qꝛ defi=
ciente connotatione termini poſitiui deficit eiꝰ ſup
poſitio mediāte copula de preſēti ſicut ſcribēs ſup
ponit pro homine ſed nō ſemper. Illa materia criſ
matis eſt bona et congrua/qꝛ cōfirmatus debet ha
bere munditiam caritatem et bonam famam vt hū
roboretur in fide. Oleum eſt liquor multum leuis
⁊ aſcendit/teſtes ſunt pauperes ſtudentes pariſii q̄
cōſumpto oleo in lampade quando ferme candela
extinguitur imponūt aquā vt oleū ſupernatet et co
pioſum lumen habēt iuxta parabolam math.xxv.
prudentes virgines acceperūt oleum in vaſis ſuis
cum lampadibus:balſamus eſt boni odoris ſic con
firmatus bone fame debet eſſe et non fetere vitiis
in oculis aliorꝫ iuxta illud.ij.corinthi.ij.xp̄i bonus
odor ſimus et ſicut pugiles iungūtur vt faciliꝰ re=
ſiſtant inimico ſic confirmandi criſma imponitur in

fronte vt ab accipiente fides chriſti predicetur ſine erubeſcentia de conſecratione.d.v.nouiſſime.et capio predicari pro tueri quod ſeis ſicut prelatis iuxta capacitatem conuenit confirmantur licet ſm doctrinaʒ apoſtoli.j.ad thimoth.ij. non debent docere in publico. ❡Triplex erat ſtatus eoꝝ qui ingrediebantur terram promiſſionis ſcʒ inſipientiū proficientium et perfectoꝝ vel ingredientiū pugnantium et in tabernaculo miniſtrantium totus populus egrediebatur egiptū et intrauit terram promiſſionis ſic quilibet baptiſatus egiptum deſerit et in familiam xp̄i ingreditur in confirmatione eſt miles xp̄i ad confitendum nomē chriſti ſicut fortiores in populo dei pugnabant pro aliis leuite intrabāt tabernaculum et habebant ſpecialem cultum dei et ad hoc erant deputati quibus ſacerdotes ſuccedūt. ꝙ robur detur viro in confirmatione: patet: dat gratia confirmationis que iuuat ad reſiſtendum vitiis et ad exeundū in actus bonos in ſignum cuius quādo quis eſt confirmatus ſuſtinetur in brachiis alterius ad ſignificandum eum eſſe imbecillē anteꝙ arma acquirat. Si dicas icaſſum quis armatur anteꝙ in bellū prodeat vt eſt de paruulo: dicitur hoc eſſe verum in bello corporali in ſpirituali non oportet etiā ſi talis animam poſt cōfirmationem efflauerit magis beatificabit ꝓportionabiliter ad gratiā confirmationis: gratia cōfirmationis et baptiſmi ſunt eiuſdē ſpeciei et ſe intendūt et reddūt habentē gratiorem intenſiue et dato (ꝙ non credo) more alioꝝ hee gratie diſtinguātur talis maiorem beatitatem habebit propter maiorem gratiam extenſiue.

Prima ꝯcluſio. ❡Iſtis notatis ponuntur due concluſiones. Prima eſt: confirmatio eſt ſacramentū noue legis a ceteris ſacramentis diſtinctum / ꝙ ſit ſacramentum patet auctoritate melchiadis pape de conſecratione.d.v. hiis/ſcito inquit hiſpaniaꝝ ep̄is vtrumqꝫ baptiſmum et confirmationem magnum eſſe ſacramentum: illud probatur ratione qꝛ eſt ſignū ſenſibile gratiam dei ⁊c. ergo eſt ſacramentū a diffinitione ad diffinitum: quod conferat gratiam patet ſuperius ex auctoritatibus. et inferius tangetur. ꝙ diſtinguatur ab aliis loquendo de diſtinctione arguitiua: patet/ habet aliam materiā vel eſt alia materia i idem redit: ſaltem eſt alia forma et materia copulati hoc ponitur propter extremam vnctionem que oleo vtitur: ſed ſignatio crucis in fronte non abs re ponitur homo relinquit fidem propter timorem et verecundiam que in fronte a poſteriori maxime relucent cum verecundia eſt timor ingloriationis. natura pellit ſanguinem ad exteriora oblata materia verecundie ne omnino tabeſcat ſic tempore timoris calor faciē et partes ſuperficiales deſerit ꝓ ꝯſeruanda natura petit palliditas in aliquibus eſt ſignum timoris vt quando calor petit ventrem et partes inferiores: ꝙ ita ſit patet/ qꝛ interdum diſſoluitur venter vſqꝫ ad emiſſionem ſuperflui ſcd̄e digeſtionis nōnūqꝫ ꝑme / patet in meticuloſis iuuenib⁹ ceſis dū calor cor et partes illas petat homo efficit animoſior accenditur ira et dat alimentū fortitudini/ ſed quicqd ſit eſt magna mutatio in fronte et in facie tempore verecundie et timoris propterea facies alteratur hinc eſt ſignatura in fronte/ ad aliuʒ finem imediatū ordinatur qꝫ extrema vnctio et datur. habet aliam formā loquendo de forma improprie dicta/igitur.

Scd̄a cōcluſio. Secunda concluſio/confirmatio non eſt iterabilis: probatur a poſteriori imprimit caracterem ex queſtione precedēte: ergo non eſt iterabilis/ illa probatio ſufficit theologo: illud idem patet auctoritate conſilii terraconenſis de cōſecratione. d.v. dictum eſt ⁊ ca. ſequenti.

Cōtra p̄mā cōcluſionē ar̄. ❡Contra primam concluſionem arguitur: omne ſacramentum eſt a xp̄o inſtitutum/ confirmatio non eſt a xp̄o inſtituta: igitur non eſt ſacramentum conſequentia tenet i baroco et maior patet/ ille ſolus debet inſtituere ſacramentum qui poteſt dare effectuʒ ſignatum ſacramenti ſcʒ gratiam/ talis eſt ſolus deus igitur: minor patet/ qꝛ non legitur vbi chriſtus inſtituerit. Et confirmatur/ omne ſacramētum debet conferri a miniſtro debito/ ſed null⁹ eſt miniſter huius ſacramenti igitur: minor patet/ quia vel eſt ſolus ep̄us et hoc non de cōſecratione.d.v. peruenit. ⁊ eſt gregorii ad ianuariū ep̄m vt magiſter recitat in littera vbi gregorius ſcribit. peruenit ad nos quoſdam ſcandaliſatos eo ꝙ preſbiteros tangere criſmate eos qui baptiſati ſunt prohibuimus/ et ſequitur ſi oīno de hac re aliqui contriſtentur vbi epiſcopi deſunt vt preſbiteri etiā in frontibus baptiſatos criſmate tangere debeant concedimus.

Reſpōſio ad argu. ❡Reſpondetur: nego minorem eſto ꝙ non legatur locus punctualis in quo imponitur hoc ſacramentum et cauſa eſt hiſtorie non producte ſunt vſqꝫ ad mortem apoſtoloꝝ: ſed vſqꝫ ad quintū annum neronis qui erat triceſimus a paſſione chriſti et veriſimile eſt poſt hieruſalem euerſam. xl.ij. annis poſt paſſionem erant apoſtoli et diu poſt iohannes qui erat de iunioribus in paſſione vixit. xcix. annos petrus et paulus anno. xxxvij. poſt paſſionem chriſti occiſi ſunt et ſic non legitur paſſus ſcripture vbi inſtituebatur confirmatio ſed apoſtoli non impoſuiſſent illud niſi habuiſſent a chriſto. romana eccleſia tenuit fidem quam beatus petrus docuit. ꝓ3 in. C. de ſum. tri. l.j. petrus romanis fidē docuit Sed forte dicis fides infuſa et acquiſita ſufficiēter inclinant hominem ad confitendum fidem et in occulto et in apto: ergo ianis eſt cōfirmatio. Nego cōſequentiam et antecedens: conſequentiam qꝛ facilius homo fidem tuetur vallatus multis adiumentis qꝫ paucis. antecedēs. habitus fidei inclinant in actus aſſentiendi imediate modo ſtat quēpiam aſſentire actu vni credibili ⁊ tamen ipſum ob pn̄tiam cruciatuū ore expreſſe negare et ſic confiteri fidem exterius nec eſt actus elicit⁹ nec imꝑatus a fide ſed ab actu voluntatis potius adiuuante confirmatione ſm illd̄ romanoꝝ. x. corde creditur ad iuſticiam ore fit confeſſio ad ſalutem hoc eſt deo adiuuante ſpecialiter non ponitur hic habitus infuſus ſicut i baptiſmo de fide / nec eſt opus dicere caracterem cōfirmationis eſſe actiuū pl⁹ qꝫ in baptiſmo ad aſ-

ſenſum ex pacto diuino de⁹ tñ ꝓportionabilr caūat
ſicut fides īfuſa facit ī bap^m⁹. Ad aliud argumētū
negat minoꝛ/ſed ſup h⁹ ſūt opiniōes vt appar⁹ tā=
git ī pleriſqꝫ locis vt de cōſecratiōe. d. iiij. preſbite=
ris. videtur q̄ gregori⁹ illō ꝑmiſit diſſimulādo ad
euitādū ſcādalū illud dicit gloſa extra de ſacra vn
ctione/cum veniſſet. aliqui hoc impugnant dicen=
tes hoc eſſe preter rationem q̄ beatus gregori⁹ ſic
diſſimulaſſet. Alius eſt mod⁹ dicēdi q̄ omnes preſ
biteri poſſunt illud ſacramentū conferre et epiſco=
pi ſunt ſoluꝫ inſtituti a iure humano ſuper preſbite
ros et non a deo: hoc patet. xcv. diſt. olim. et ca. ſe
quēti et intitulatur hieronio ſuper titū dicēs: olim
q̄dam preſbiter q̄ ⁊ epiſcopus anteq̄ꝫ diabolico in=
ſtinctu ſciſmata in religione fierent et diceretur in
populis ego ſum pauli ego autem apolo et ſequit
ſicut preſbiteri ſciunt ſe ex conſuetudine eccleſie ei
q̄ ſibi prepoſitus fuerit etiā ſubiectos/ita epiſcopi
nouerunt ſe magis ex conſuetudine q̄ꝫ diſpenſatio
nis dñice veritatem eſſe maiores preſbiteris et in
cōmuni debere eccleſiam regere vide diſtinc. xciij.
legim⁹. Sed circa hanc materiā ſuppono pro nūc
petrum impoſitum a deo caput eccleſie et apoſto=
los epiſcopos et q̄ in eorum locis ſuccedūt epiſco
pi loco diſcipuloꝝ. lxxij. preſbiteri. iſta ſuppoſitio
patet. xxj. d. in nouo teſtamento et eſt anacleti qui
erat quintus a beato petro et hoc ſatis mouet quia
a petro lino cleto et clemente illud accipere pote=
rat circa principium capituli dicit ceteri vero apo=
ſtoli cum eodem conſortio honorem et poteſtatem
acceperunt ipſumqꝫ principem eorum eſſe volue=
runt qui etiā iubente domino ī toto orbe terrarum
diſperſi euangelium predicauerunt ipſis quoqꝫ di=
ſcedentibus ī loco eoꝝ ſurrexerūt epiſcopi/iſto ſup
poſito Arguitur ſic. ſꝑ a principio poſt paſſionem
epiſcopi erant maioris auctoritatis q̄ꝫ ꝑſbiteri ſim=
plices et tūc arguitur vel licuit vnq̄ꝫ ꝑſbiteris con
firmare vel non ſi ſm papa nō poteſt dare eis illud
deo non dante/ſi ſic: ergo non eſt facienda difficul=
tas qui quilibet preſbiter poteſt confirmare ſine fa
cultate licet peccaret. ſicut degradatus vel ſuſpen=
ſus conſecrat corpus domini licet male agat conſe
crando/et q̄uis ſint multi contractus in hac parte
adhereo illi ꝑti q̄ nullus nō epiſcopus poteſt con=
firmare. philippus: actuū. viij. baptiſauit in ſama
ria: ſed miſſum eſt pro apoſtoloꝝ aliquo ad confir=
mandū dicente beato luca cum autē audiſſent apo=
ſtoli qui erant hieroſolimis quia recepiſſet ſamaria
verbum dei miſerunt ad eos petrum et iohannem
et etiā non valet dicere philippus erat ſolum dia=
conus cum multi alii erant ſacerdotes. Nec vꝫ di=
cere diſcipuli et ſacerdotes ſimplices differebant
apoſtolis cum omnes ſtuduerūt ampliare cultū di
uinum et facere act⁹ quos potuerūt illud tenet ma
giſter in littera et melchiades papa hoc ſcripſit epi
ſcopis hiſpanieꝝ de conſecra. d. v. ca. de his. et in
ca. manus. ſic inquit manus quoqꝫ impoſitionis ſa
cramentum magna veneratione tenēdum eſt q̄ ab
aliis ꝑfici non poteſt niſi ſummis ſacerdotibus nec

a tempore apoſtoloꝝ ab aliis q̄ꝫ ab ipſis apoſtolis
legitur aut ſcitur ꝑactū eſſe nā ſi aliter ꝑſumptum
fuerit irritum habeatur et vacuum et inter eccleſia
ſtica nunq̄ꝫ reputabitur ſacramenta. hoc patet per
innocentiū. iij. de conſuetudine. c. q̄ꝫto. et de ſacra.
bucci. cum veniſſet. non valet dicere preſbiteri au=
ctoritate grego. hoc fecerunt et non propria eodē
modo diceres laycus poteſt conſecrare auctorita=
te ſacerdotis precipientis tota difficultas que mo=
uet viros in oppoſitū eſt factum grego. ad ianuari
um: et dicatur q̄ tollerauit pro ſcandalo vitādo ad
tempus ſi nichil ſolutione dignum ad hoc reperia=
tur/quare habes hoc pro maiori inconuenienti q̄ ī
illo facto deliquit q̄ꝫ petr⁹. ad galathas. ij. vel mul
ti alii ſancti quos facile eſt in medium citare ex ve=
teri et nouo teſtamento aliquibus viſum eſt pote=
rat illos ſacerdotes facere epiſcopos in eorum ab=
ſentia et ſi ſic/ſaluatur grego. peccati expers et an=
te recitata nec ſequitur/ſacerdos poteſt conſecra=
re corpus domini quod eſt maius: ergo confirma=
re: hoc nō tenet niſi quando min⁹ includitur ī ma=
iori. homo poteſt ratiocinari nō autem volare. Et
congruentia eſt q̄ epiſcopus poteſt confirmare et
non ſacerdos ſimplex ad ſupremū in aliquo ſtatu
ꝑtinet ordinare de illis qui in aliquo gradu preſtāt
cōi populo princeps exercitus de centurionibus et
decurionibus ordinat confirmatus ordinatur ī mi
litiam ad defendendā fidem et epiſcopus eſt prin=
ceps militie ſub imꝑatore igitur. Si dicas ponti/
fex artat et ampliat materiam in matrimonio: ergo
et hic q̄ propter facultatem pōtificis maximi ſim
plex ſacerdos cōfirmat ſicut cōmiſſione nichil fa=
cit/eodē modo dicet tibi poteſt facere papa ne ſit
conſecratio in vino albo ſed erit ī rubeo de illo q̄ꝺ
tangitur in matrimonio alius erit ſermo. Nunc re
ſpondetur ad illud. xcv. d. cum olim. et caꝑ. ſequen
ti q̄ꝺ beato hieronimo intitulatur omnes in primi=
tiua eccleſia epiſcopi vocabantur/ſed iſtoꝝ aliqui
erant huius auctoritatis ſicut ſunt nunc epiſcopi
ſed non habuerunt nomē ſpeciale ab aliis preſbite=
ris poſtea propter ſciſmata ceperunt illi preſbiteri
qui auctoritatem ſuper ceteros habebāt volentib⁹
etiā aliis vocari epiſcopi/et ſic a iure humano talis
modus vocandi introductus eſt et ſic epiſcopi in=
ceperunt eſſe maioris grauitatis ſuꝑ reliquos preſ
biteros quā antea: idem patet de ſūmo pontifice q̄
in principio naſcentis eccl'ie non vocabatur papa
ſed ex conſuetudine hominū hoc introductum eſt
non tamen eſt maioris auctoritatis q̄ꝫ a principio.
hoc patet auctoritate eiuſdē hieronimi ſuper epiſto
lam ad galathas et recitatur. ij. queſti. vij. paulus
petrum reprehendit q̄ non auderet niſi ſe non im=
parē ſciret. hoc non de officio eccleſiaſtice dignita=
tis ſed de puritate vite et ſanctitate conuerſationis
intelligitur ſolus enim petrus inter apoſtolos pri=
matum gerebat et ca. ſequenti et eſt auguſti. ad hie
ronimum q̄ꝫq̄ꝫ ſm vocabula que vſus obtinuit epi=
ſcopatus ſit preſbitero maior auguſtinus hieroni=
mo minor eſt. glo. exponit vita et ſanctitate et ſic

conſuetudo et homines fecerunt ꝙ epiſcopi maio-
res erant nomine diſtincto cum omnes antea no-
mine communi epiſcopi appellabantur non tamen
re. Sed adhuc arguitur .platina in vitis ſummo-
rum pontificum dicit ꝙ ſilueſter inſtituit ꝙ ſoli epi-
ſcopi confirmarent:⁊ tamen ipſe erat anno domini
tricenteſimo trigeſimo nono .ergo ante hoc licuit
aliis preſbiteris confirmare:illud non cogit/quia
non fuit beatus ſilueſter primus inſtitutor inſtitu-
tionum illarum que recitat platia.ſed voluit impo
ſita ſeruari/inſtituit ꝙ vnius viri eſſet vna vxor: et
tamen oppoſitum nunq̄ꝫ erat niſi ex diſpenſatione
tamen ſetis patribus illud claret quia melchiades
papa eum preceſſit. Ex omnibus patet ꝙ confir-
matio eſt ſacramentum noue legis magnam gra-
tiam conferens et vt apparet a ſolis epiſcopis da-
bile ꝙ magnam gratiam conferat .de conſeratio-
ne diſtinctione quinta. nouiſſime. in ſecunda quo-
qꝫ vt eiuſdem ſpiritusſancti ſeptiformis gratia cuꝫ
omni plenitudine ſanctitatis et ſcientie et virtutis
venire in hominem declaretur. Secundo ſequitur
ꝙ parentes debent procurare ꝙ q̄ꝫ primo poſſunt
eorum paruuli confirmentur.patet:procurant par
uulis magnam gratiam ex operis operati virtute.
Tertio ſequitur ꝙ epiſcopi debent eſſe vigilantes
ad hoc ꝙ viſitent ſuos dioceſes ad hoc ꝙ confir-
mentur et hoc negligentes peccant:multi paruuli
diſcedunt poſt baptiſmum ſine confirmatione que
ex eorum negligentia magna gratia priuātur:et ex
conſequenti gloria. vbi eſſet epiſcopus paratus cō
firmare et adultus non impeditus nolit adire vide
tur contemptor confirmationis. ſed an confirma
tio ſit maior baptiſmo vel ne tangitur a melchiade
papa.et recitatur de cenſecratione diſtinctione.v.
de his.quo ad venerationem eſt maior quia a ſo-
lis ſacerdotibus datur:ſed baptiſmus eſt neceſſa-
rius non autem confirmatio: qui crediderit et bap
tiſatus fuerit ſaluus erit.marci vltiō .et ſic confir-
matio eſt maior ſcd̄m quid baptiſmo/non autē ſim
pliciter quemadmodum porrus indorum eſt albi-
or ſecundum dentes q̄ꝫ abſalon vel pitagoras ⁊ ta
men non eſt albior/loquor ac ſi eſſent.baptiſmꝰ ma
gnas prerogatiuas habꝫ poteſt ſuſcipi ſine aliis nō
alia ſine ipſo.p̄ma queſtione p̄ma. ſi quis per igno
rantiam. Item eſt fundamentum et ianua aliorum
ſacramentorū.de conſecra.diſtin.quinta. cū itaqꝫ.
circa finem capituli/an plus gratie detur in baptiſ-
mo q̄ꝫ in confirmatione virtute operis operati: nō
eſt michi vſquequaqꝫ exploratum ſed bona eſt appa
rentia ꝙ ſic:an bis ſcienter tranſiens ad confirma-
tionem vel confirmans incurrat penam canonicā
canoniſte tenent cōmuniter ꝙ ſic:quia incurrit q̄s
penam vt dictum eſt qui ſcienter accipit vel dat ba
ptiſmum iterando et illud prohibetur.ſimiliter de
ꝯſecratione diſtinctione quinta. dictum eſt nobis.
ergo per locum a ſimili tunc incurrit penam cano-
nicam.aliqui dicunt hoc eſſe falſum et nullam pe-
nam canonicam incurrit talis ⁊ cauſa q̄m pene re
ſtringende ſunt et non ampliande: et non habetur
paſſus vbi aliquis incurrit talem penam.argumen
tum a ſimili non habet pedes epiſcopo non impo-
nebatur pena canonica nec eis: quia ſeruire deo
non eſt pena/illud placet multis ſed dubium nō ſic
extinguitur bene volo ꝙ gloſatores non poſſunt ꝑ
eorum expoſitionem infligere illas penas ſicut ipſi
dicunt ſed romanus pontifex:ſed ponderando il-
lum textum dictum eſt nobis ex conſilio tragonēſi
capitulo ſexto . videtur idem ſentire de vtroqꝫ et
pono totum caput quia ipſum eſt breue.dictum eſt
nobis ꝙ quidam de plebe bis vel ter vel eo amplī-
us epiſcopis ignorantibus cum ab eiſdem epiſco-
pis confirmentur bene viſuꝫ eſt nobis eandem cō-
firmationem ſicut nec baptiſmꝰ iterari minime de
bere quia bis vel ter vel amplius baptiſatos aut cō
firmatos non ſeculo ſed ſoli deo ſub habitu regu-
lari vel clericali religioſiſſime famulari decretum
eſt:videtur ꝙ illud capitulum vult dicere ꝙ vtriqꝫ
debent relinquere ſeculum et ſtare in cenobio ſiue
ſint profeſſi ſiue non et pari paſſu vtrumqꝫ compa
rat.ex iſto paſſu poteſt quis dicere ꝙ rebaptiſatus
non incurrit penam ſed reconfirmatus niſi identi-
dem de vtroqꝫ intelligas nō reſpicio ad gloſam ſꝫ
conſidero quadraturam textus eſt apparentia ꝙ ta
les rebaptiſari et confirmari debent viuere in reli-
gione. Illud patet extra de apoſtatis et reiteranti-
bus baptiſmum ex litterarum ꝙ ad ſuperiores or-
dines ſi publicatum ſit promoueri nō debet niſi ad
religionem tranſire voluerit vt fauore religionis
ipſius circa eum valeat diſpenſari. Illud capitu-
lum de conſecratione diſtinctione quinta dictum
eſt.idem vult et cum eis in religione poteſt diſpen
ſari imponebatur epiſcopo pena: quia hoc erat epi
ſcopo ignorante.vt patet ex principio capituli: Et
quando vlterius dicunt non imponebatur eis pe-
na niſi deo inſeruire ⁊ hoc nō eſt pena quia pro bap
tiſmo idem fit. Preterea qđ dicitur de cōſecratio-
ne diſtinctione quinta.vt ieiuni.ad confirmationē
veniant perfecte etatis vt moueantur confeſſionē
prius facere hoc eſt de bene eſſe et non de eſſentia
ſacramenti confirmationis.etiam ſi ſint tot ꝙ epi-
ſcopus non poteſt confirmare ante meridiem: vel
veniunt poſt meridiem et non poteſt diu ſtare non eſt
opus vt ieiuni cōfirmentur: nec per hoc qđ dici-
tur perfecte etatis excluduntur paruuli imo ſatius
eſt ꝙ immediate poſt baptiſmum confirmentur ſic
faciunt epiſcopi quando baptiſant nec plus pericu
li eſt ſi pueri obliuiſcantur ſe eſſe confirmatos pluſ
q̄ꝫ in baptiſmo quia poſſunt īformari a parentibus
et aliis. Sed cum locuti ſumus de epiſcopatu apo
ſtolorum quando erant inſtituti eſt difficultas cu-
ius non eſt hic locus serioſe inſiſtere quocirca tran
ſeunt loquendo partite ſunt poſitiones. Aliquibus
tenentibus ꝙ petrus et alii ſancti ſunt epiſcopi an-
te chriſti mortem. Alii vero quia toto tempore
quo chriſtus erat viſibiliter in terris non erat opus
alio paſtore:ſed poſtq̄ꝫ aſcenſurus erat petrum epi
ſcopum et caput eccleſie ordinauit illud ſentire vi-
detur beatus hieronimus. mathei viceſimo ſexto.

Tu es petrus ꝙ poteſtas fuit promiſſa non in preſenti data. hoc etiam patet. quinquageſ. d. fideliori. et conſiderandum. et extra de electio. ſignificaſti. Et ſi dicas actuum primo. Et pſalmo. cviij. Judas factus eſt epiſcopus epiſcopatum eius accipiat alter. Ad hoc reſpondetur non eſt certum ꝙ iudas ſe ſuſpendit ante morteꝫ chriſti commeſtor in hiſtoria ſcolaſtica multas opiniones ad hoc introducit quarum vna eſt quando audiuit loqui de reſurrectiõe chriſti ſe occidit ſed beatus auguſtinus in queſtionibus noui teſtamenti ſatis dubitat poſtꝙ̃ diſputat de tempore occiſionis iude dicit eſt improbabile ei quando ſe occidit. Sedulius dicit cuꝫ chriſtus duceretur in domum pilati iudas ſe interemit inquiens. Mox igitur dominũ pilati ad menia duci Nexibus aſtrictum iudas vt vidit iniquus diriguit ſceleris ꝙ̃ ſui commertia reddens: et paulo poſt infelicem animam laqueo ſuſpendit ab alto. Sed quicquid ſit non eſt veriſimile ꝙ chriſtus eum epiſcopum poſt reſurrectionem ordinauerit: propterea ad illas auctoritates dicitur ꝙ itelligũt apoſtolatum eius epiſcopatus tantum valet ſicut apoſtolatus: etiã dictum eſt preſbiteri in primitiua eccleſia epiſcopi dicebantur. alie auctoritates ſonãtes ꝙ factus eſt epiſcopus ante mortem chriſti intelliguntur ꝙ fuit ei promiſſio facta ante mortem chriſti ſi non fuiſſet error ex parte ipſius.

Sequitur de ſacramento euchariſtie.

Iſtud eſt tertium ſacramentum in ordine ſcilicet euchariſtia et excellentiſſimum inter cetera ſacramenta propter exiſtentiam realem corporis benedicti et ſanguinis chriſti. de conſecratione diſtinctione quinta. nichil. maior ꝑs deuotionis in eccleſia eſt propter hoc ſacramentuꝫ plebs in feſto paſcatis propter eius ſuſceptionem ſe melius diſponit / et populus qui ter vel pluries communicat / audimus miſſam deuotius ꝙ̃ veſperas / veneramur plus eccleſias propter hoc ſacramentum ꝙ̃ capellas in quibus non eſt euchariſtia / vis vocabuli hoc ſonat. euchariſtia grece latine bona gratia dicitur. ꝓma queſtione prima. multi in ceteris ſacramentis datur gratia accidens hic auteꝫ corpus chriſti et gratia accidens hoc ſacramentuꝫ plures figure preceſſerũt oblatio panis et vini melchiſedech. geneſ. xiiij. in agno paſchali. exodi. xij. in mãna. exodi. xvj. in fauo mellis q̃d ionathas cõuertit ad os eius. ꝓmi regum. xiiij. In fluxu aque et ſanguinis de latere chriſti. iohannis. xix. ſacrificium oblationis quando pontifex intrabat ſemel ĩ anno cum ſanguine in ſancta ſanctorũ quam figuram adducit apoſtolus. hebreorum nono. in hoc ſacramento ſpecialiter eſt deus ⁊ chriſti ſacratiſſimũ corpus. propterea omnia alia ſacramenta in dignitate excellit. dixi ſpecialiter cum vbicũq; locorum eſt dei eſſentia et per conſequens in baptiſmo / ſed non ſpecialiter ſicut eſt hic propter plures proprietates huic ſacramento conuenientes pluribus nominibus appellatur hoſtia offertur deo patri viaticum communio euchariſtia ſacrificium. illud iohan. decimo nono tangit ſedulius. Cuſpide perfoſſũ violat latus ecce patenti Vulnere purpureus cruor et ſic vnda cucurrit Hec ſunt quippe ſacre pre religionis honore Corpus ſanguis aqua tria vite munera noſtre. Hic magiſter ſententiarum tertio in loco hoc ſacramentum ſtabiliuit et de eo ſex diſtinctiones poſuit numerus ternarius inter ariſmethicos maxime laudatur necte trib⁹ modis / numero deus impari gaudet inquit poeta. triangul⁹ habet tres angulos equales tribus rectis. tres perſone ſe habentes ſicut anguli recti: ſicut forma rectoruꝫ ſecundum geometras conſiſtit in indiuiſibili et omnes ſunt equales: ita eſt de perſonis in diuinis ex omnibus partibus eius cõſtat aliquota et nõ aliquota / golias tertio ictu proſtratus. moyſes magos pharaonis tertio ſigno ſuperauit / ꝓmo celi de tribus dicim⁹ omne. funiculus triplex difficile rũpitur. tres ſunt qui teſtimoniuꝫ dant in celis / pater / verbum / et ſpirituſſanctus / et hij tres vnum ſunt. prime iohannis quinto. ionas fuit in ventre ceti tribus diebus. ione ſcdo. et mathei duodecio. moyſes voluit ppl'm ducere in deſertũ itinere triũ dieꝝ. exod. iij. Senarius inſuper eſt numerus perfectus hoc patet: quia omnes partes aliquote reddunt ipum totum ſcilicet ſex diſtinctiones et tertius locus reddunt nouem qui eſt quadratus numerus et nobiliſſimus: quia ex trigonis tribus reſultans et radix. lxxxj. nũeri nõ illaudabil' apd̃ mathematicos.

Circa ſacramentum euchariſtie diſſoluende ſunt alique queſtiones.

Queritur an ſit ponenda forma in hoc ſacramento ſicut in ceteris: videtur aliquibus ꝙ non. quia hoc ſacramentum eſt res permanẽs verba ſunt res ſucceſſiue ſed hic verba ſunt forma cõſecrationis illa conſecratio ſolum eſt in fieri: illud apud me locum non habet: quia baptiſmus et confirmatio ſunt res permanentes quia hoc criſma / illud aqua. dico ſicut hic loquimur de forma methaphorica verba ſunt forma / vinum ⁊ panis triticeus materia / nec eſt neceſſe formam methaphoricã manere cum materia ꝙ̃diu hoc eſt ſacramentum. nec rurſus inconuenit materiam methaphoricam cum toto coincidere ſicut in artificialibus dicimus ligna eſſe materias arche ⁊ preſupponitur ad hoc ꝙ completur archa non obſtante hec eſt vera: archa ē ligna / non pono res artificiales a naturalibus diſtingui. hic autem prolatis verbis manet ſacramẽtum euchariſtie poſt paſſionem interdum ad vnuꝫ diem vel octo ꝙ̃diu ille ſpecies manſiſſent non corrupte cum ſubſtantia panis et vini illud nobis conſtat ſuper eandem hoſtiã non dicimus iterum verba ſed cum eadem aqua numero proferimus rurſum verba in baptiſmo et ſic aqua pluries incipit eſſe baptiſmus et non pluries aqua non ſequitur a=

qua incipit eſſe quater baptiſmus et omnis baptiſ
mus eſt aqua: ergo aqua incipit eſſe quater aqua
nec eſt diſcurſus in quarta figura ſecundum po=
nentes: patet intelligenti logicam. Sic diffinitur.
Euchariſtia eſt ſacramentum ſub ſpeciebus pa=
nis et vini vel panis vel vini corpus chriſti et ſan=
guinem continens. ſacramētum eſt quidditatiuū
genus ad terminum euchariſtia/ſacramentum pro
ſigno ſenſibili ſupponit connotando rem ſacram
dari quātum eſt ex parte eius. euchariſtia habet con=
notationem inferiorem ſupponit pro ſpeciebus pa
nis et vini copulatim etiam diuiſim connotando q̄
corpus chriſti ſacrum ibi contineatur ſimiliter de
ſanguine. Ponitur ſub ſpeciebus panis et vini
loco differentie accidentalis per hoc differt a ba=
ptiſmo et ceteris ſacramentis. ponitur coniunctio
copulatiua et diſiunctiua ad inſinuandum q̄ ille
terminus euchariſtia ſupponit pro illis copulatim
imo ꝓ mille hoſtiis ſimul iūctis vel pro altero illo
rum nec cōuenit oībus ſpeciebus vini vel panis q2
non oēs tales ſunt ſacramentū/et ſic genus diffini
ti facit diffinitū ab aliis arguitiue differre: hec diffi
nitio non cōuertit cum diffinito mediante copula
de poſſibili/deus pōt dare ſuū corpus ſub aliis ſpe
ciebus ſi voluerit ſed nō faciet q2 eſt eterni teſtamē
ti et h̄ ſufficit theologo in iſtis deſcriptionib9. Se=
cūdo diffinit ſic diffinitione magis explicāte mate
riā diffiniti. Euchariſtia eſt ſpecies panis ꝛ vini vł
panis vel vini cū certis verbis prolatis a ſacerdo
te intendente facere qđ eccleſia intendit et ꝑ certa
verba intelligo formā quā propter prolixitatē euī=
tandā (et potiſſimū in diffinitionib9) miſſā facio et
ex dicendis apparebit q̄ ſunt illa: hoc eſt clare dicē
re ille terminus euchariſtia ſupponit pro illis ſpe=
ciebus vel altera illaꝝ cōnotando q̄ preſbiter dixe
rit certa verba cū intentiōe faciendi quod eccleſia
intendit vel cōnotat ille termin9 euchariſtia q̄ ibi
contineatur corpus xp̄i ſiue capiatur eccleſia mili=
tans vel triumphās in idē redit vtraqꝫ eaꝝ recte in
tendit neutra earū in iſto aberrare pōt. illud ſacra
mentū erat inſtitutū a deo poſt cenā. math. xxvj.
accipite et edite ex hoc oēs hoc eſt corp9 meū et de
dit eis auctoritatē illud faciendi in poſterū/ꝛ ſacer
dotibus qui eis ſuccedunt ad hoc ſubiungens/hoc
facite in meā cōmemorationem. luce. xxij. et acce=
pto pane gratias egit et dedit eis dicens. hoc ē cor
pus meū et meli9 corpus qđ neruū et oſſa includit
q̄ʒ carneʒ quod pro vobis tradetur hoc facite ī me
am cōmemorationem/ ſilr̄ et calicem poſtq̄ʒ cena=
uit dicens: hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine
meo q̄ pro vobis effundetur/benedixit ad inſinuā=
dum q̄ requiritur preuia deuotio quotienſcūqꝫ mā
ducatis panem hunc et calicem bibetis mortē dn̄i
annūciabitis donec veniat. hoc pꝫ. j. ad corinh. xj.
Ex iſto patet ad nos ſaluatoris dilectio qua vole=
bat relinquere nobis ſuum precioſum corpus ſub
ſigno ſenſibili poſt eius aſcenſum ad patrem. Se=
cundo ſequit q̄ debemus recolligere paſſionē chri
ſti inq̄ʒtum poſſumus in mentem tempore quo pſ=
biter oſtendit euchariſtiam ad hoc ordinabatur ſūt
duo ſacramenta partialia et due forme quod ſub=
iunxit/hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo
qui pro vobis effundetur illa verba plus videntur
mouere animū auditoris q̄ʒ illa: hoc eſt corpus me
um/hec verba ſunt neſcio quid latentis energie vi=
ue vocis actus ꝛ vox in aures diſcipuli de auctoris
ore tranſfuſa fortius ſonat: et licet beatus hierony
mus ī prologo biblie dicat ad aliud propoſitū hec
verba mirū immodū hic michi quadrare videntur
non eſt dubium quin hec verba ſatis ſonabant ī au
res diſcipulorum p̄ſtitum. Ex iſta diffinitione patꝫ
quis eſt miniſter huius ſacramenti. ſ. ſacerdos ſo=
lus. que materia: panis vł vinum que ſunt optimū
nutrimentū corporale in ſuis ſpeciebus panis or=
deaceus reddit homines male coloratos/ tritice=
us bene. Preterea nutrimentum ſpirituale cōgruē
ter ſignificant: datur corpus chriſti ſub aliena ſpe=
cie ne abhorreamus ſumptionē. de conſecra. diſti.
ſcđa. forte. et ca. panis eſt. forma conſecratiōis cor
poris chriſti eſt hec. hoc eſt corpus meuʒ. Et ī hoc
conueniunt omnes de. forma ſanguinis digladiant
viri aliquibus dicentibus hoc totum eſt forma hic
eſt calix ſanguinis mei noui et eterni teſtamenti mi
ſteriū fidei qđ pro vobis ꝛ ꝓ multis effūdet ī remiſ
ſionē pctōꝝ et hoc ſequunt thomiſte. Modus cōi=
or eſt q̄ hec eſt forma ſanguinis hic eſt calix ſangui
nis mei. vel ſic vt dicit magiſter: hic eſt ſanguis me
us. durandus dicit coram ſe fecit legi formaʒ que
ponitur in miſſali baſilii quod fertur habuiſſe ab an
gelo et forma eſt hec. bibite ex eo omnes hic eſt ſā=
guis meus noui teſtamenti qui pro vobis et multis
effundetur in remiſſionem peccatorum: et tamē nō
reprobantur a romana eccleſia in conſecratiōe: nec
requiruntur aliqua verba precedentia iſta ſi preſbi
ter intendat facere ſicut eccleſia. ſecus eſt ſi de pro
prio corpore loqueret/ vtimur pronomine loco al=
terius frequenter/vt nos iacobus dei gratia. ꝛc. fi=
lius meus es tu hodie genui te de patre ad filiū in
diuinis propter dubiū male ageret qui aliquod ver
borum relinqueret de quibus dubitatur et peius q̄ʒ
de omiſſione aliorum verborum/hic melius valet
hūilitas pauli ſimplicis heremite q̄ʒ ſubtilitas achi
tophel. quinqꝫ ſunt verba in conſecratione corpo=
ris. hoc eſt enim corpus meum. ſimiliter in conſe=
cratione ſanguinis non refert an enī ſit de eſſentia
forme. chriſtifera virgo in conceptione protulit qn
qꝫ verba: fiat michi ſecundum verbum tuum. ꝛ ma
thei. xxvij. quinqꝫ erant verba prolata bono latro=
ni: hodie mecum eris in paradiſo quinqꝫ ſunt litte=
re in hac dictione maria per quam aperta eſt ianua
paradiſi. ponitur eſt in hac forma verbum ſubſtan=
tiuum radix verborum adiectiuorum in aliis ver=
bum adiectiuum baptiſo confirmo accipe capio te
ꝛc. Teneo opinionem communem cuʒ omnes euā
geliſte in hoc conueniunt differunt in modo loquē=
di hoc forte voluit ſpiritusſanct9 ad ſignificandum
non requiritur ſinonimitas in forma non valet ra=
tio ſancti thome oratio eſt enunciatiua: ergo de=

trū:ſed in illo dicto eſt dubietas an erat ei ſoli veti=
tum vel omnibꝰ ſi ſm tranſeat dies ille non eſt ſimi
le de aliis.Si adducas exēplū heronis quīquagin
ta annis in deſerto ieiunantis ꝙ noluit in die paſcha
tis veſci leguminibꝰ ⁊ de quibuſdā aliis exemplis
in tertia parte in vitis patrū capitibꝰ.xliij.⁊.xliiij.
hoc nichil eſt ꝙ heron ſe precipitauit in puteū erat
propter dementiam quā incurrebat ex inſenſibilita
te:dico ḡ qui nūꝙ̄ vult comedere carnes vel ſemp
ieiunare ſine voto dūmō non ponatur mala circun
ſtantia vel contemptus poteſt illud perhenniter ob
ſeruare.Sed forte dices probabile eſt ꝙ in die re=
ſurrectionis peccatum eſt ieiunare:ſed q̄libet dies
dominicus illi reſpondet.diſtingo ꝙ ei reſpondeat
vel in ordine dierū ebdomade et ſic conceditur illa
non eſt appropriata ⁊ ſollēnis reſpondentia:vel ad
curſum ſolis ab occidente ad orientē.vbi erat i die
paſchatis anni preteriti ⁊ ſic negatur et illa reſpon=
dentia eſt ſollennis.hactenꝰ de ieiunio ſequitur de
alia ſatiſfactionis parte ſcȝ elemoſina.

¶Diſtinctionis decime quinte queſtio q̄nta.

Queritur quinto vtrum elemoſina ſit neceſ
ſario dāda indigenti.Pro ſolutione que= Notādū.
ſtionis notabis.Elemoſina eſt volitio dan
di putato pauperi aliquid intuitu pauptatis ad ſup
plendam indigentiam eius nō requiritur datio ex=
terior quādo homo nō habet.patet de muliere euā
gelica offerente duo minuta:vl' qꝛ habet ⁊ impedit
ab aliquo alioquin volitionē efficacē nō habet.ix.
methaphiſice.licet volitio ſit libera tñ mere natu=
raliter cauſat actum exteriorem niſi ponatur impe
dimentū qñ eſt volitio nimis tenuis non ſufficit ad
tollendum impedimentum licet inclinet efficaciter
ad dandū ad extra datio exterior poteſt imperari a
vitio ⁊ a virtute.dicitur ad ſupplēdam indigētiā ſi=
cut cōtingit in actibus huius carminis cōis:viſito/
cibo/poto/redimo/tego/colligo/condo:que in
hoc carmine includunt Conſule/caſtiga/ſolare/re=
mitte/fer/ora.Non tamē eſtimandū eſt omnes ſpe
cies elemoſine in his carminibꝰ includi qui feſſum
in itinere ſubleuat.ſilr protegens innocentem ab in
uaſoribus elemoſinam facit.ſed iſte ſpecies ſunt cō
munes quas numerat ſcriptura:ſex continent Ma
thei.xxvij.Thobie.quarto.Joſeph ab arimathia
⁊ nichodemus laudantur qꝛ ſepeliebant mortuos
Viſito infirmos ad eos conſolandos qꝛ ſm illud
cōici Cū in dubio eſt animus paulo momēto huc
atqꝫ illuc ipellitur:reliqua ſunt ꝑſpicua ꝓma ſpes
elemoſine ſpūalis puta conſulere deuiātes coīcidit
materialiter interdū.ſed poteſt dari alia ratio vniꝰ
⁊ alterius vt viſitare pro incolumitate corporis ha
benda ⁊ conſulere in fide ⁊ in agendis ſic de oratio=
ne ꝙ prebet pro miſero vt ei ſubueniatur a deo eſt
ſpecies elemoſine ⁊ ſic non oīs oratio diſtinguit ad
elemoſina ⁊ ſicut anima preſtat corpori ſic elemoſi=
ne ſpūales elemoſinis corporalibus preſtant.ſicut
gregorius dicit in quadē omelia ꝙ meliꝰ eſt animā
ſemper victuram verbo vite reficere ꝙ̄ ventrē mo
riture carnis terreno pane ſatiare ſpūales elemoſi=
ne imediatius tendūt in beatitudinem licet corpo=
rales ſunt crebro magis penales ⁊ magis ſatiſfa=
ctorie propterea imponuntur in penitētia cum ſatiſ
factio debet eſſe penalis virtute operis operati ſm
menſuram delicti debet eſſe plagaris modus ſatiſ
factio eſt recompēſatio offenſe ꝑ emendam recom
penſatio iportat quādā adeq̄tionē inter illū ꝙ offen
dit et illū qui offenditur adequatio autē in iuſticia
eſt per ſubtractionem ab illo qui plus iuſto habuit
et additionē alteri cui ſubtractū eſt vt patet.v.ethi=
chorum peccator ſubtraxit honorem deo debitum
delectabile nichil ſubtrahit a peccante ſed citius
dat ⁊ qꝛ ſubtractio penalior ⁊ ſenſibilior ſit i elemo
ſina corporali ꝙ̄ ſpirituali propterea illa imergitur
aliqua elemoſina eſt opus liberalitatis ⁊ miſericor
die quando homo non tenetur elargiri elemoſinā:
aliqua eſt actus iuſticie quando elemoſina eſt in pre
cepto.quo fit elemoſina eſt virtus ⁊ ſub ſe comple=
ctens multos habitus et actus ſpecie diſtinctos ⁊
ex conſequenti non quelibet elemoſina aliam inten
dit.Tertio ſequitur interdū eſt elemoſina ⁊ nichil

eſt cōmune in dante ⁊ accipiente.patet in cōſulente
imo cōferens plꝰ habet in fine ꝙ̄ in principio ſicut
doctrina doctoris docendo augetur ſicut fabrican
do fabriſimꝰ ſic docendo ꝯſulendo ⁊ bñ operando
tales euadimus.Quarto ſequitur diuiti datur ele=
moſina qñ putatur eſſe pauper putatus pauꝑ eſt ob
iectū elemoſine pauꝑ in ꝓpoſito non capitur adeq̄=
te ꝓ nichil habente in bonis fortune.patet de radul
pho carbōerio ſuſcipiente in hoſpiciū karolū ma=
gnum ⁊ iohāne reiſſ ſimiliter ſuſcipiente regem an
glorum:ſꝫ iſti conſtituti in nemoribꝰ erant orbati ho
ſpitio ⁊ hoc ſufficit ad paupertatē de qua loq̄mur
⁊ addatur i diffinitione elemoſine ꝙ nō cadit actio
in foro exteriori ꝑ hoc excluduntur ꝑlati eccl'ie qui
ſolutione decimarū nō accipiūt elemoſinā qꝛ pari
ratione rex in talliis ⁊ ſuis colectis.iſtis competit a
ctio in foro exteriori licet pauperes de diuitibus in
caſu conqueri poſſunt modica vel nulla datur eis
actio ciuilis contra diuites qꝛ quero cōtra quē diui
tem ⁊ quē probabis habere ſuꝑflua ⁊ quō ꝓbabis
te extreme vel ferme extreme indigere.Secundo
notabis.aliquis eſt extreme pauper qui eſt tanta
inopia preſſꝰ ꝙ niſi ei ſuccurratur ſtatim morietur
ſic etiam ille qui habet talia iudicia ꝙ niſi ei ſuccur
ratur veriſimiliter in hoc incidet ſi expectes extre=
mam neceſſitatē eū inuenies in tali caſu ꝙ manduca
re non poterit.patet per fabulā ventris ⁊ manuum
eſopi.triphariā quis ſe habet in propoſito.vnomō
qꝛ habet neceſſaria pro ſe ⁊ familia eius ſed cum ar
titudine ⁊ vocaꝫ neceſſitas nature vel perſone ali=
quis habet ſufficiētia pro ſuo ſtatu vt manuteneat
ſe ⁊ ſuā familiā ſm ſuā decētiā ſed nō vltra.tertius
habet ſuperflua.❡ Iſtis notatis pono cōcluſiōes.
Prima cō- ❡ Prima eſt.qlibet nō exiſtens i extrema neceſſita
cluſio. te tenetur ſuccurrere illi qui eſt in extrema neceſſi=
tate de neceſſitate ſalutis ibi habet verū ſi nō paui=
ſti occidiſti.hec concluſio eſt euidens in iure nature
et diuino Mathei.vij.hoc fac aliis qđ tibi vis fieri
⁊ prime Iohis.iij.qui habet ſubſtantiā huius mū=
di ⁊ viderit fratrē ſuum neceſſe habere ⁊ clauſerit
viſcera ſua ab eo quō manet charitas i eo.ꝓpterea
btūs martinꝰ relicto ſuo ſtatu dimiſit clāidē illi quē
extreme iudicauit indigere ſecūdū carmia vulgata
Martinꝰ clamidem cum paupere dimidiauit vt fa
ciamus idē nobis exēplificauit Mathei.xxv.Eſu=
riui et nō dediſtis michi manducare.hoc patet per
canones.lxxxvj.diſtin.caꝑ.non ſatis in illo caſu fi=
liuſfamilias religioſus ⁊ vxor:dare poſſunt etiam
ꝓhibente patre abbate et viro de peculio caſtrenſi
vel quaſi caſtrenſi non eſt difficultas cōtradicenti=
Scđa cō- bus parentibus in omni caſu.❡ Secunda conclu=
cluſio. ſio:dare de michi neceſſariis alteri qui non eſt in
extrema neceſſitate nec eſt de precepto nec de con
ſilio.de precepto patet nec de conſilio probatur qꝛ
non eſt de maiori bono charitas incipit ab habente
illud eſt michi neceſſariū ꝙ familie ⁊ michi eſt req̄=
ſitum ⁊ hic intelligo ceteris paribus ſi alius eſſet
notabiliter neceſſarius rei publice ego autē in com
paratione illiꝰ parū comodi rei publice afferre poſ
ſim alteri eſſet ſuccurrendū imo in extrema neceſ=
ſitate ſic petiit helias teſbites ſibi fieri panē ſubcie=
ritiū ⁊ poſtea fieret alius mulieri ⁊ filio eius ⁊ tan
ſa eſt qꝛ erat auriga ⁊ currus iſrael nō ſolū reſpiciē
dum eſt ad inediā qua laborauit ſic etiā vxor ⁊ eius
filius nō debes tātū elargiri vt filiis et vxori nichil
relinquatur Vñ aug.Si quis vult filios exheridita
re ⁊ eccleſiam inſtituere aliū querat ꝓ cōſilio ꝙ̄ au
guſtinū Vñ.C.de ſeruitu.et aqua.l.preſes.abſur=
dū eſt tuis agris ſitientibꝰ alios irrigare qui omia
pauperibus irrogat et volat ad frugē melioris vite
tenet ei neceſſaria antecedenter xp̄m ⁊ bonos q̄ pa
uit heliā in coruo et paulū heremitā ſm conſilium
xp̄i mathei.xix.Si vis perfectus eſſe vende omnia
que habes et da pauperibꝰ et marci decimo vnum
tibi deeſt vade et vende omnia que habes ⁊ da pau
peribus et hoc ſi non teneor alios alere diues ha=
bens liberos mortua vxore male ageret omnia dās
pauperibus nichil relinquens liberis et ſic intrans
religionem illud Luce.ſexto.Omni petenti tri=
bue quādo ſunt in magna neceſſitate:alias dicatur
eis petitis ⁊ non accipietis vel tribue bonā reſpon=
ſionem interdum iuſte petunt ⁊ iuſte poſſum eis ne
gare oro deum eis ſuffragari vel deus eos preſer=
uet.cauendū eſt a rixa ⁊ murmure in danda elemo=
ſina ſicut in liberalitate oportet conſiderare cōditio
nem dantis accipientis doni loci publici vel occul
ti.quo ad primū de i ſecūdū facultates bonis ⁊ egē
tibꝰ nō malis ad nutriēda eoꝝ vitia.doni.ꝙ ſit res
iuſte poſſeſſa vel incerta cuius eſt ⁊ detur donū cō=
ueniens nudo veſtis:clerico liber vel pecunia vt nu
triatur in ſtudio vel promoueatur ſi eſt veroſimile
ꝙ proficiet in vinea domini ⁊ non alias ſi aliquis ar
guatur auaricia vel putatur theſauriſare bona ec=
cleſie detur elemoſina eccleſie pauperibus in pro=
patulo ſic luceant bona opera veſtra corā hoībus vt
glorificent patrē veſtrū qui i celis eſt cui creſcit ina
nis gloria ob dationē publicā ⁊ non videtur a mul
tis ⁊ quidem ꝑrudentibꝰ illa datio eſſe ad aliud ni=
ſi vt altius ꝓmoueatur vt fertur de illo q̄ ſucceſſi=
ue pulſauit ꝓ danda elemoſina tandē q̄euit pulſans
ꝓ vltimo illi meliꝰ eſt dare i occulto vt neſciat dex
tera q̄d faciat ſiniſtra ⁊ talis exibit in lucem melius
ꝙ̄ oino publice faceret debemꝰ ſemper talē datio=
nem publicam i meliorē partem interpretari inanis
gloria incidens in dationē elemoſine nō viciat datio
nem illam ſecus eſt qñ cadit in ratione obiecti.
❡ Tertia concluſio ſicut homo ceteris paribꝰ ci= Tertia cō-
tius illi debet dare elemoſinam in quo eſt ſpes ma= cluſio.
ioris profectus in republica ſic non faciēda eſt ma=
gna idago in elargiēda elemoſina.prior pars patet
debet facere in gloriam dei.ergo vbi eſt apparētia
maioris glorie illi citius ſubueniēdū eſt ceteris pa=
ribus ſi alius eēt in extrema iam illi dare eſt de pre
cepto nutrire ſcholaſticos orphāos de q̄bꝰ eſt ſpes
ꝙ euadent in claros viros dare religioſis mendicā
tibus ⁊ ſecularibus pecunias pro gradu in theolo=
gia ⁊ eos nutrire ſicut a pleriſq; fit ex iſta parte ma
ris.ſcđa pars patet.xlij.diſtin.quieſcamꝰ.et eſt io=

bannis criſoſtomi ad hebreos perpulchre probat
per factum abrahe qui ſi magnam explorationem
adhibuiſſet nūq̄ʒ angelos in hoſpicio recepiſſet.
Q̄rta ꝯ° ·❡ Quarta concluſio:habens ſuperflua ſue nature
et ſtatui licet benefaciat dando pauperibus nō ex-
tremis tñ eis non dans nō peccat mortaliter.prior
pars eſt clara.ſcḋa pars patet.alioquin dānabis di
uites inſieros et dices eos peccare mortal'r vbi tibi
nō cōſtat ꝛ ſic nō bene theologiſas pēſa bñ q̄d vo-
cauerim extremā neceſſitatē.ſʒ ſi occurrat paup̱ nō
extrem⁹ ſʒ magna arctitudine inopie p̄ſſus ꝛ habēs
ſup̱flua putat reperire ita pauperē ꝛ intendit illi da
re nō videtur peccare nō dādo iſti ſʒ ſi iudicet non
occurret mag̃ indigēs nec in opus vtilius poſſum
elemoſinā elargiri talē nō excuſo a peccato ſi non
Vltīa ꝯ°· det.❡ Concluſio finalis.elemoſina eſt magni me-
riti apud deū ꝛ clipe⁹ ad excutiēda pctā.pʒ Luce.xj
date elemoſinam et omnia ſunt vobis munda.
Daniel'.iiij.peccata tua elemoſinis redime.elemo
ſina reſiſtit pctis Eccli.iij.elemoſina viri quaſi ſa-
culus cū ipſo.xvij.capite Eccli.orōnes ꝛ elemoſi
ne cornelii cēturionis aſcēderunt in conſpectu dei
actuū.x.aug. in ſermone.xlvj.ad heremitas dicit
fratres mei chariſſimi nūq̄ʒ recordor me legiſſe ma
la morte periſſe illū qui libenter in hac vita opera
pietatis vel charitatis voluit excercere Eccli.vij.
non te pigeat viſitare infirmū.Mathei.x.quicunqʒ
potū dederit vni ex minimis iſtis calicē aque frigi-
de tantum:amē dico vobis non perdet mercedem
ſuam.et Eſaie.lv.frange eſurienti panē tuum ꝛ ege
nos vagoſqʒ duc in domum tuam.lege hiſtoriā io-
hannis elemoſinarii.Elemoſina eſt danda de licite
poſſeſſis in noſtro dominio vel ſi adminiſtrationeʒ
dandi habemus vt de elemoſinario et bñficiato.Si
quis habeat iniuſte poſſeſſum reddēdū eſt vero do
mino vxor habens paraſernalia vl' eſt lucratiua po
teſt dare elemoſinam contradicēte viro vl' vbi ra-
tionabilē cauſam dandi habet contradicente viro.
ſic abigaab dedit dauidi ad prandendū cōtradicen-
te nabal carmelo et dato q̄ mulier non ſit lucratiua
vbi eſt conſenſus mariti expreſſus vel preſumptus
de pane et potu et ſimilibus poteſt:conſenſus pre-
ſumptus colligitur ex conſuetudine vicinarū mu-
lierum et etiam viro non contradicēte:ſic religioſ⁹
in ſtudio vel itinere cū conſenſu prelati dat paruas
elemoſinas habet ſuperioris conſenſum.potes ex
hiis intelligere quid facient famuli ꝛ filiifamilias.ꝛ
ſi dicas luce.xvj.facite vobis amicos de mām ona
iniquitatis:ergo de iniuſte acquiſitis danda eſt ele
moſina.Multifariam reſpondetur hoc intelligitur
quando reſtitutio eſt vaga.ſecūdo hoc intelligitur
de hiis que iuſte poſſidentur ſed medio illicito acq̄
rūtur vt vendendo in feſto vel acq̄rendo meretricio
Tertio iniquū tantum valet ſicut ineq̄le:bona for-
tune inequaliter diuiduntur bonis et malis etiā di-
uitie ſunt cauſe iniquitatis ꝛ nocent crebro. Con-
tra primam concluſionem argumentor.do paupe-
ri quod ſuum eſt:ergo nichil do de meo:g̃ nō facio
elemoſinam.Rurſus plus prodeſt michi dare pau
peri non extremo pluſq̄ʒ huic q2 ille tenebit̃ p̱ me
orare ꝛ poſſum paciſci ſecum vt pro me oret iſte ex
treme pauper non tenebitur orare pro me:igitur.
Ad primū nego q̄ do pauperi extremo quod ſuum
eſt ſoluʒ ē ei debitum ſi non do pecco:ſed res dāda
manet mea.ſecus eſt de pecunia mutata de qua po
teſt habere actionem cōtra me et ſemper intelligat̃
ſi michi conſtat vl' conſtare debet q̄ iſte eſt extreme
pauper diuiti de neceſſitate ſalutis eſt dāda elemo-
ſina in caſu.patet.ſi ex ignorātia putatur eſſe extre-
me pauper eodēmō alicui extreme pauperi non eſt
danda elemoſina.patet.dūmō non conſtat eſſe ta-
lis a prudētibus ꝛ ſi moriatur iedia in illo caſu ego
nō pecco dixi a prudentibus aliquis dicit ſe extre-
me inopē cui ſi fidem impartirer vl' ſufficienter ex-
plorarē inuenirē eum dicere verum diſſentio cōtra
rie ſue paupertati ſua mors michi imputabit̃ ſʒ non
tantū ac ſi ſcirē ſuppoſito q̄ ſuccurriſſem ſi michi
conſtetiſſet.eodēmō in hoſpitalitate aliqui moriun
tur frigore de nocte nō potentes habere hoſpitiuʒ:
abraham ſedit in hoſtio tabernaculi ſui in conualle
mābre in feruore diei vt reciperet hoſpites Geneſ
xviij.ſic martha meruit ſuſcipere hoſpitio noſtrum
redemptorē ob ſuam hoſpitalitatem:ꝛ loth ange-
los oportet epiſcopum eſſe hoſpitalē.prime ad thi
motheū.iij.ſermo eſt de egentibus ꝛ non diuitibus
ſi comode poſſunt ire aliorſum vbi poſſunt hoſpi-
cium habere pecunia:ſʒ ſi eccleſiaſtic⁹ hoſpiciū ca-
pit gratis a diuite poteſt reddere equiualēs vl' vbi
diues non poteſt ire cōmode illa nocte ad aliū locū
debet recipi.eodēmō de veſtibus qui habet duas
tunicas det vnam non habenti hoc eſt habens ſup̱-
fluas veſtes ſuperfluitatē vendat et det pauperib⁹
ſicut eſt extrema egeſtas ob deffectum panis ita vi
ni veſtiū hoſpitii.Sed contra hoc argumentor po-
ſito q̄ ſint centum equaliter diuites mecū vel mille
ſi ego teneor ei dare ſub pena peccati pari ratione
q̄libet alioꝝ ꝛ tantū quilibet alioꝝ tenebatur dare
ei ſicut ego ergo tenemur facere illū ditiorē duob⁹
noſtrum quod non eſt dicendū.Si dicas nemo no-
ſtrum tenetur dare ei aliquid in illo caſu tunc mo-
rietur fame.reſpondeo ſi ponatur ſortes in extre-
ma neceſſitate inter mille viros habentes mille pa-
nes quoꝝ quilibet tenetur ſuccurrere ſue vite tunc
tenentur inter ſe componere vt ſuccurratur ipſi ſor
ti ita q̄ quilibet dabit ei partem vel vnus totū pro
aliis.q̄ ſi dices plato eſt contentus dare ſorti mille
ſimam partem panis ſui ſi quilibet alius tantūdeʒ
daret ſortes ſufficiēter haberet ſi alii nichil dāt pla
to peccat non dans totum ſuū panē et quilibet alio
rum peccat mortaliter vidēs ſortē in periculo mor
tis nec aliquo modo volens ei ſuccurrere.ꝛ quilibʒ
eoꝝ eſt homicida quilibet iſtoꝝ poteſt hūc erūpno
ſum eripere de morte ꝛ tenet̃ ꝛ nō facit:g̃ letaliter
preuaricatur plato tenetur totū ſuum panē imptire
huic aliis nichil dantib⁹.Et ſic de quolibet alio eſt
par ratio ex quo colligere ne quis eos oēs ſuos pa-
nes ei elargiri debere quilibet ſeiūctim ſuū paneʒ
integrum arrogare eſt addictus aliis nichil danti-

bus ſed pone ſortem extreme inopem cuius vite
plato ſolus ſuccurrere poteſt cū vno pane in nemo
re quem ſorti non porrigit ſorte excedente e vita an
plato iuſte tenet hunc panē. Et argumentor ad par
tem negatiuā a panis erat ipſius ſortis in extrema
neceſſitate: ergo platonis deſinebat eſſe: ergo dato
ꝙ ſortes viā vniuerſe carnis ingreſſus fuerit plato
non incipit eſſe dn̄s huius panis ſed eū heredi ſor=
tis prebere tenet̄ ꝙ ſi fatearis cōcedere dabis quē=
libet diuitē tempore quo peccat non dādo elemoſi
nam etiā eſſe obnoxiū reſtitutiōis illius ꝙ dare de
buit qđ non apparet cōcedendū: tunc nichil intereſ
ſet inter beneficiatū ⁊ diuitē laicū. iudicio meo pa=
nis eſt ipſius platonis licet peccauit multū eū ſorti
non dans nūꝗ̄ ſimpliciter deſinebat eſſe titularis
huius panis ⁊ hoc diſcriminis eſt inter diuitē ⁊ bn̄fi
ciatū quādo diues non porrigit manus adiutrices
quando tenetur grauiter deū offendit pauperum
eſt qđ tenet hoc eſt pauperib⁹ debitū ſub pena pec
cati. ſed ſi aliter exponat reſtituere non tenet̄ bene=
ficiatus non modo peccat in non dando pauperib⁹
ſed reſtitutioni eſt deuinctus. Ad ſecundū nego ꝙ
prodeſt michi ampli⁹ dare pauperi nō extremo et
cauſa eſt ad vnum obligor ⁊ non dans actum iniuſti
cie facio: alteri dare non ſic obligor: ſed in argumē
to duo tanguntur. vnum eſt an pauper cui ſuccurro
tenebitur pro me orare. ſecundū eſt an ſecū poſſuꝫ
paciſci vt pro me oret dando ei pecuniam de debi=
to congruitatis nō eſt dubiū quin ſic: ſed de debito
neceſſitatis eſt maior difficultas. ⁊ primo videt̄ ꝙ
ille exiſtens in extrema neceſſitate elemoſinam re=
cipiēs non tenet̄ orare pro dante ſolū ei datur ſuum
etiam vbi eſſet pactio rationabilis talis videtur te
neri ſicut preſbiter celebrans pro ſex paruis albis
nec eſt maior ſimonia in vno ꝙ̄ in alio ſi ſine pacto
apparet michi ꝙ recipientes elemoſinam tenentur
orare pro hiis qui eis ſubuenerunt dicere oppoſitū
eſſet dare occaſionem diuitibus minus impriri pau
peribus ſaltē in generali non oportet orare in parti
culari pro quolibet dante q̄drantē pro talibus orat̄
cū pro benefactoribus in generali orat elemoſinam
accipiēs. Preterea quito ethicoꝝ. veteres grāꝝ
tēplū in medio ciuitatis locabant. Et hoc puto qū
vnus dat vni multa amore dei tenetur ſpecialiter
pro illo orare. Et dicas tunc ſtatus pauperū eſt pe
ior ſtatu alioꝝ. hoc negatur. ſi patienter ferāt. eodē
modo probares de preſbiteris et prelatis eccl'ie q
de facto pro ſuis tenent̄ orare. Ad aliud de pactio=
nibus ꝙ̄uis aliqui alii dicūt eſſe ſimoniā: hoc non
videtur michi verum: ⁊ ratio eorum pariter cōclu=
deret de ſimonia pro celebratione miſſarū. ⁊ ꝓpor=
tionabiliter hic dicat̄ ſicut inferius de ſimonia. ita
ꝙ hec eſt diſtiguenda ego dabo tibi liardum vt pro
me dices ſeptē pſalmos vide in loco allegato. Se=
cundo argumentor nulli poſſunt mendicare hoc eſt
prohibitum. Deuteronomii. xv. ⁊ oino indigens et
mēdicus non erit inter vos ⁊. C. de vali. mēdic. le.
amicis. tales ſunt inutiles. nūꝗ̄ vidi iuſtū derelictū
nec ſemen eius q̄rēs panem dicit pſalmiſta. Et cō
firmatur. pauperes tenētur laborare pro pane quo
tidiano: ꝗ non poſſūt mēdicare. antecedēs pꝫ. q nō
laborat nō māducet. ij. theſſal. iij. prime theſſa. iiij.
ad ephesios ⁊ actuū. xx. itroducēs ſuo exēplo homi
nes debere illud facere qui de die laborabat ⁊ de ar
te cenophigie laborabat de nocte pro pane: ⁊ gene=
ſis. iij. in ſudore vultus tui veſceris pane tuo ⁊ i la=
boribus comedes ex eo. mēdicātes volūt illud on⁹
impoſitum humeris ade et poſteritati eius excute=
re ab eis. Ad primū dicitur ꝙ illud precepum erat
contra diuites iudeos auaros qui pauperibus non
ſuccurrebant ⁊ nemo diceret illū peccare q pauper
tate preſſus peteret elemoſinam et dato ꝙ eſſet pre
ceptū non eſt morale propterea nūc nō ligat inꝙ̄tū
huiuſmodi dixi iꝙ̄tū huiuſmodi ſi aliq̄s pn̄ceps vł
cōitas ſtatuat in ſua patria ne ſit mēdicus ⁊ proui=
deatur impotentibus tunc hoc eſt licitū vt facit iſte
epiſcop⁹ granacēſis ꝓ oibus nichil habētibus qui
laborare poſſunt artē reppit ⁊ ponit eos ad artē ſuo
morbo cōuenietē ſic cecis claudis ⁊ ſimilib⁹ proui=
deat per artem dūmō laborare poſſunt ſi aliqui la=
borare nequeāt quoq̄ pacto: colligit elemoſinas ⁊
illos nutrit vt vacēt orōni pro aliis hoc multū ap=
probo codex cōdēpnat iſtos validos mendicantes
⁊ bene quidē: turpe eſt aliquem robuſtum q pōt ali
quoᵒ laborare vitā iopē ꝓtegere ſiū erubeſcētia paſ
ſim elemoſinas queritando ſaltē de hoc facere artē
nichil eſt dandū illis qui occioſe viuūt fouēde ſunt
ſubſtantie ⁊ errores eradicandi. de religioſis mēdi
cantibus nō intelligo de hiis eſt futur⁹ ſermo. Ad
aliud pſalmi nūꝗ̄ vidi iuſtū derelictum intelligitur
de pane ſpūali qꝛ profecto multi egētes diuitibus
pluribus ſunt iuſtiores. Ad confirmationē: egētes
tenentur laborare hoc eſt verum in forma vł in va=
lore ſicut faciūt mendicantes religioſi in toto cor=
pore vero man⁹ pro ceteris laborant oculi vident
pro toto pedes totū ſufferūt ſic in corpore miſtico
aliqui orāt pro aliis ⁊ gratia illorum qui vacāt reb⁹
diuinis deus bn̄facit toti multitudini ⁊ vlciſcitur in
multitudinē demerentē. hoc patet. Gen̄. xviij. deus
voluit ſodome/gomorre ⁊ aliis q̄nq̄ ciuitatibus ꝑ
cere ꝓ quinquaginta iuſtis imo deſcendit ad nume
rū denariū. an tibi illud videat̄ parum ſi ſacerdotes
egipti ⁊ flamines gentiliū ⁊ trib⁹ leuitica nutriebā
tur ex aliorū laboribus ꝙ̄to forti⁹ deputati cultui
dei viui in lege gratie nutriri debeāt. ſubtrahe auxi
lium a clericis ⁊ protin⁹ iſopi caſum inuenies de ma
nibus negantibus alimentū a ventre. actuū. vj. nō
eſt equū nos relinquere verbū dei ⁊ miniſtrare men
ſis. Alie honeſte operationes ſpūales nō ſunt poſt
ponēde labori manuali ſicut tu capis in arguendo
vt patet de lectore in theologia apoſtol⁹ laborādo
manibus de nocte fecit opus ſuperogationes vt pꝫ
prime corinthioꝝ. ix. Si nos vobis ſpūalia ſemina
mus ⁊ etiā quis niſi inſenſat⁹ negaret patres i egi=
pto laborare cōtra diabolū mūdū ⁊ carnē ſm illud
ij. corinthioꝝ. vj. in laborib⁹/in ieiuniis/in vigiliis/
in caſtitate homo debet euitare ociū ꝑ quācūq̄ ope
rationem honeſtā. ſm illud Iherōi ad ruſticū ſem

per aliquid operis facito vt te diabolus occupatū
inueniet. Et beatꝰ hieronimꝰ in ꝓlogo iob. ſi fiſtel
lam iuncis texerem aut palmaꝝ folia cōplicarem
vt in ſudore vultus mei comederē panem ⁊ ventris
opus ſollicita mente tractarē nullꝰ reprehēderet nūc
aūt iuxta ſententiam ſaluatoris volo operari cibū
qui non perit falſarius vocor. inſuper dāpnabis re
ges ⁊ pricipes qui manibus nō laborant. ſummari
dico ſicut manus vocatur organū organoꝝ ſic ma=
nualis labor ceteros amplectitur nō opus eſt iſtud
confirmare auctoritatibus pꝫ noui teſtamēti. bea
tus gregoriꝰ ſcd̄o dialogoꝝ capite primo dicit bea=
tum benedictū triēnio ſteiſſe in ſpelūca nichil ope=
rantē. vide beatū dn̄icum ⁊ franciſcum. ¶ Dubitat
an diues tenetur reſtituere elemoſinā captā intuitu
pietatis: ⁊ an ille peccet qui dat elemoſinam tali.
Reſpondet ꝙ ſic: non eſt intentio dantis dare niſi
pauperi ſed ꝙ pauper debet eſſe recipiēs relinquat
iudicio prudentum/ſꝫ elemoſinam acceptā non te=
net reſtituere illi qui dedit cū ille iaꝫ fructū ſuſcepit
⁊ vtilitatem ſpiritualē: tenetur aliis pauperibꝰ irro
gare. Sed contra hoc argumētor intendēs dare be
neficium bono dans ypocrite vere dat eſto ꝙ ypo=
crita appareat bonus ⁊ nō eſt: ergo idē eſt in propo
ſito. diues apparens pauper capiens elemoſinam
reſtituere non tenetur. diſtingo antecedēs. vl' ypo=
crita eſt in veritate idoneus ad ierarchiſandū ⁊ tūc
vere datur ei beneficiū nec reſtituere tenetur q̄cq̄d
prelatus intēdebat: recta ratio ita collationē confe
rentis debet interpretari alias ſemper latitarēt me
andri in collatione beneficioꝝ: iſte vult dare huic ſi
cut intendēs capere mulierē diuitē q̄ eſt pauper dū
cōſentit in eam eſt eius vxor cuilibet palā eſt nemo
intendit dare diuiti ꝑ modū elemoſine aliquid licet
interdum diuiti intendat dare elemoſinā. Probat
ꝙ dans elemoſinam diuiti quē credit eſſe pauperē
male agit. diues in dando conformat ſe errori huic
danda eſt elemoſina: ergo actus electiuus eſt malꝰ
cōſequentia tenet / ad bonitatē actus electiui requi
ritur conformitas ad dictamē prudētiale. aſſumptū
patet. nulli diuiti eſt danda elemoſina hic eſt diues
ergo huic non eſt danda elemoſina. Reſpōdetur
negando ꝙ actus velle dare elemoſinā ſit confor=
mis errori vel aliquid accipit ab illo errore ſꝫ a di=
ctamine prudētiali: dans conformat ſe concluſioni
huius ſillogiſmi practici. Cuilibet quē iuincibiliter
credo eſſe pauperē danda eſt elemoſina iſte demō=
ſtrando diuitē eſt huiuſmōi: ergo huic danda eſt ele
moſina: premiſſe ſunt vere: concluſio nō ſe falſificat
⁊ cōſequentia eſt in darii: ergo cōcluſio eſt vera. Ex
iº pꝫ ꝙ maior alterius ſillo^mi eſt interimēda: nulli di=
uiti danda eſt elemoſina: ſua contradictoria eſt ve=
ra ⁊ deducitur ex ſillogiſmo prudētiali cōcluſio ſi=
lo^mi eſt/huic danda eſt elemoſina ⁊ hic eſt diues: er=
go diuiti danda eſt elemoſina: ſed ponas ꝙ habeat
hoc iudiciū in intellectu huic diuiti dāda eſt elemo=
ſina: actus volendi dare eſt bonus ſufficit cōformi=
tas ad prudētiā vl' errorē iuincibilē ſic eſt in propo=
ſito. ſi petas qd̄ iſtoꝝ triū eſt meliꝰ demonſtrando

elemoſinā orationē ⁊ ieiuniū. dico ꝙ ſe habent ſicut
excedens ⁊ exceſſum. ieiuniū magis affligit corpꝰ
et eſt penalior regulariter ⁊ vtilior habēti carnem
petulantē. diuites multi dant elemoſinā q̄ nolūt ie=
iunare ⁊ alia corporis afflictiua ad ieiuniuꝫ reduci
habēt vt peregrinatio vigilie cilitiū ⁊ huiuſmodi lo
quor de vigiliis incluſis i domo ⁊ in ſecreto que ho
mo facit. et nō de iſtis vigiliis q̄ fiunt i peregrinatio
nibus publicis: in iſtis rixe adulteria ſtupra ⁊ huiuſ
modi cōtingūt: oratio contra ſuperbiā valet larga
elemoſina eſt penalis et vtilis et neceſſaria illi q̄ re
ſtituere tenetur et neſcit cui determinate reſtituēdū
eſt. elemoſina interdū indirecte imbibit ieiuniū hoc
eſt oportet ſortē arctius viuere cum ſua expoſuit in
elemoſina et cui do elemoſinam eſt obligatus pro
me ieiunare vel orare et ſic elemoſina alia duo in=
cludit. ꝓpterea dicitur luc. xj. date elemoſinā ⁊ oia
ſunt vobis mūda. et thobie. iiij. elemoſina ab omni
pctō mundat et hoc eſt deo ſatiſfacere dū damꝰ q̄=
bus iſpe vult cū dicat qd̄ vni ex minimis meis feci=
ſtis michi feciſtis: ipſe bonoꝝ noſtroꝝ non indiget
pro ſe peccamus offendendo deū et ſuis bonis ab=
utimur que ſunt bona anime corporis et fortune: er
ga primū oramus: pro ſecūdo bono affligimꝰ cor
pus ieiunando: pro tertio damꝰ elemoſinā vel om=
ne quod eſt in mundo eſt concupiſcentia carnis cō=
cupiſcentia oculorū et ſuperbia vite. cōtra hec tria
monſtra ſunt hec tres medicine: contra primū/ieiu
niū: contra ſecundū/elemoſina: contra tertium/ora
tio ſicut medicꝰ corporalis cōtraria ꝯtrariis curat ſic
debet ſpūalis. non eſt ſemꝑ contrarietas in effectu
ſed debet eſſe i cauſa: effectus inuidie et ire eſt triſti
cia quēadmodum filia deteſtationis eſt triſticia: ſꝫ
applicetur medicina mitigatiua ire et inuidie.
¶ Dubitatur an ſortes habens pecuniā furtiuam
vſurariam/rapinam vel ſimoniacā vel depoſitum
dans illud quod iniuſte habet illi quē videt in extre
ma neceſſitate reſtituit ſufficiēter. et ſit plato extre=
me indigens cui ſortes iſtud conferat iam eſt que=
ſtio an ſortes tenet illud reſtituere ciceroni vl' pau/
lo a quo iniuſte tenet. ¶ Reſpondetur. tenetur re=
ſtituere alienū quod habet veris et antiquis dn̄is:
nec ſic poteſt facere elemoſinam et ratio eſt. habet
alienū quod non reſtituit vero dn̄o nec alicui loco
veri dn̄i qꝛ dn̄s nō tenebatur dare illud huic extre=
me inopi ſtante caſu. ¶ Contra hoc argumentor ſi
verus dn̄s hic eſſet tenet illud pauperi elargiri vel
ſi plato illud habuiſſet a cicerone non tenetur illud
reſtituere: ergo ſortes platoni rem cicerōis dans re
ſtituere non tenetur: vtrūqꝫ antecedēs concedo: ſꝫ
conſequentia eſt nulla. ſi cicero fuiſſet hic preſens
fuiſſet ita obligatus ſuccurrere platoni ſicut ſortes
ſed quia non erat ⁊ nullus niſi ſortes vel alii cū ſor
te cū ipſe dedit alienū nulla auctoritate nō eſt abſo
lutus ab alieno. Dubitatur ſunt ſcd̄o duo dātes eq̄
lem elemoſinam pauperi cū equali intentione gra=
duali. hoc dempto vnus dat hilariter. ſm̄ illud. ij.
corinthioꝝ. ix. hilarē datorē diligit deus: vter horū
plus meretur. Reſpondetur. equaliter meret et eq̄

hilariter dant niſi aliud obſtat vt puta vnus habet
aliquod diſplicibile extrinſecum amicū laborantez
vel aliquod infortuniū alter non habet ſic vnus hi=
lariter dat ⁊ non alter:ſed hoc non probat ꝙ hilari=
ter dans plus mereatur:ſed per hilarem datorem
intelligitᷓ voluntarium datorē q̄ ſine murmure dat
vbi alius eſſet auarus a natura vel petēs ab eo ele=
moſinam male mendicat.alterius eſt bonꝰ perſua=
ſor cetera iam ſunt imparia et prius plus meretur
¶Dubitatur vlteriꝰ ſunt duo pauperes:vnꝰ in ex
trema neceſſitate.titius alter nō extreme paup ſcꝫ
ſeius iniungitur michi i penitentia dare pauperibus
vnum panem vl' duodenū cui debeo dare. ſi dicas
extreme pauperi. ¶Contra.nō ſatiſfacio penitentie
iniuncte qꝛ eſt opus precepti conferre illi.modo ne
mo ſatiſfacit penitētie iniuncte per opus precepti:
qꝛ ſi ſic imponā tibi ieiuniū q̄dragеſime pro remiſ=
ſione pctōꝝ tuoꝝ ⁊ dicere horas canonicas ad q̄s
aliunde es aſtrictus dando ſeio ſatiſfacio penitētie
iniuncte:ergo michi plus prodeſt dare ſeio ꝙ̄ da=
re titio:qꝛ mereor ei dando qꝛ actū bonum facio et
me libero a penitentia iniuncta.¶Reſpondeo deuin
cior dare titio in ipotheſi et tranſeat ꝙ deobligor a
penitentia iniuncta dando ſeio:ſed pecco ſic facien
do teneor dare titio.Si dicas penitētia eſt opus bo
nū penale acceptum in expiatione peccati .quid ad
a dixi tranſeat:ſed nego ꝙ ſit melius michi ſic face
re imo non eſt bonū mereor dando titio ⁊ non pec=
co mortaliter: et hoc eſt multo maiꝰ ꝙ̄ ſatiſfacere
penitētie iniuncte.apparet michi ꝙ ſatiſfactio ipo=
ſita pro peccato in opere ad quod alias ſum obliga
tus non ſufficit.requiritur aliquod penale ad quod
homo aliūde non eſt aſtrictus alioquī ſequūtur in=
conuenientia adducta de impoſitione ieiunii q̄dra=
geſimalis.et illud patet per anſelmū cur deus ho=
mo per illa fit ſatiſfactio q̄ nō poſſūt ab homine ex
igi niſi peccaſſet . quo fit ſi imponatur ſorti pro pe=
nitentia ieiunare ſex dies inter quos cadit profeſtū
iohānis baptiſte non ſatiſfacit penitētie iniūcte ieiu
nādo diem illum ſed oportet ieiunare alium . Sed
contra per idē ieiuniū ſatiſfacio precepto quadra=
geſimali quatuor tēporum et religioni mee ieiunan
do diem veneris in prima ebdomada integra qua=
drageſime ſi ſit carthuſienſis vl' frater minor ſupe=
rius in .xiij.diſtin.dixīmꝰ idē de audiente miſſam ⁊
celebrante horas:nego conſequētiam ieiunādo diē
veneris facio oīne illud ad quod teneor ex omībꝰ
illis nō habeo niſi ieiunare diē veneris qd̄ ⁊ facio
de alio ſuperius dictum eſt hic autē debeo reddere
emendam ratione peccati mei illi quē offendi ſi de
berem ſorti decem ſcuta et eius brachium vel di=
gitum amputarem non ſatiſfacio ꝓ leſura dando
ei ſua decem poteſt michi imponi ieiunare diē vene
ris in pane ⁊ aqua qꝛ ad hoc nō ſum aliunde obliga
tus:vel dicere ſuper genua horas canonicas vel de
uote.¶Ex illo patet dando panē titio extreme inopi
non ſatiſfacio qꝛ aliunde ad hoc obligabar et hoc
potiſſimū ſi ſolus potes releuare eius indigentiam
adſum ſi ſint alii volētes ei ſuccurrere ego ei dans

ſatiſfacio penitētie iniuncte. Sꝫ hic inſiſtes alio ei
ſuccurrēte pro media parte ⁊ ego dans duodenum
qui ſufficit ſuccurrere ſue inopie totaliter ꝙ ſatiſfa
cio ſolum ꝓ media parte et nichil contra me de ie
iuniis in pane et aqua poteſt eſſe ꝙ exceſſus ille ri=
giditatis ſit difficilior ꝙ̄ ieiunare vnū diem.ſed du
bitas an liceat extreme iopi quoquo uerſum cape=
re pro nutrimēto ſue nature vel an faciat furtū.di=
citur neceſſitas nō habet legem ⁊ excuſat.le. aliqū
ff.de offi.ꝓcō.et de.ff.de conſulibus .l.j.neceſſi=
tas eſt inexcuſabilis.v.methaᶜᵉ nō alias excuſatur
dauid comedendo panes propoſitionis nec apoſto
li euellētes ſpicas in ſabbato.patet.j.regū.xxj.⁊ lu
ce.vij.⁊ de conſecratione diſtin.v.diſcipulos.Sed
contra iſtud arguo ſic.ſi in extrema neceſſitate om=
nia incipiant eſſe cōmunia:ergo ꝙ̄to q̄s eſt paupe=
rior tanto eſt ditior quod nō apparet dicēdū.probo
ꝙ ſequatur/ſit ſortes in extrema neceſſitate nunc a
panis eſt eius ex dictis et nō eſt maior ratio:ꝙ a pa
nis eſt eius ꝙ̄ b panis eodēmō arguendo de c pane
et quolibet alio.¶Fortaſſis dicis poſtꝙ̄ habes a pa=
nem qui ſufficit releuare eius indigentiam nullus
alter panis eſt eius.¶Contra.quero a te q̄re dicis a
eſſe panē eiꝰ plꝰ ꝙ̄ b vel ecōuerſo:poſito ꝙ ſit i me
dio panū in foro vel in campo ad quēcūꝗ panē va
dit ille eſt eius imo añꝙ̄ tāgit panē ⁊ eq̄ eſt ratio de
omnibus panibus:ergo in illo caſu ſortes erit eque
diues ſicut preſbiter iohānes ⁊ ſic implicat dare ho
minem extreme pauperem.¶Preterea ſim ego i cā=
po ⁊ ſint quatuor in extrema neceſſitate alexander/
iohānes/petrus ⁊ cicero ⁊ habeam ego preciſe vnū
panem q̄ quidē panis ſufficit pro releuanda indigē
tia vnius tantū et non pluriū:hoc eſt poſſibile ſtat
parciendo panem eis mouere appetitus ex parua
comeſtione qui morꝰ eis fortaſſis plus oberit ꝙ̄ ꝓ
derit parua pars panis experimur plus nos appe=
tere cibū poſt principiū comeſtionis ꝙ̄ a principio
in illo caſu nulli illoꝝ teneor ſuccurrere de neceſſita
te ſalutis et oēs ſunt in extrema neceſſitate ꝙ nulli
teneor dare panem.patet per inductionē nec ſorti
nec platoni ⁊ ſic de ſingulis iſtorum:ergo nulli:cō=
ſequentia eſt aſcenſus materialis arguendo a ſingu
laribus i ſupponendo ⁊ ſignificando.aſſumptū eſt
clarum ſorti non dando non pecco non teneor dare
ei.¶Circa primū argumentum pono propoſitiones
¶Prima eſt.iſti homines demonſtrando omnes ho=
mines in mundo vel regno ſunt ſemper equaliter
diuites ⁊ quolibet die vite eorū aliquis efficit pau=
perior.hoc probo.ſuppoſito ꝙ omnia bona mundi
poſſideantur ab iſtis et ita ferme eſt de omnibꝰ bo
nis quia iſti ſemper habent equaliter quia per hoc
ꝙ ſortes eſt pauperior ſolito plato eius proximꝰ eſt
ditior et ſic mutantur diuitie qꝛ ſemper tota multi=
tudo equaliter in diuitiis habet. Secunda propo=
ſitio.quando eſt magna cariſtia in vna parte regni
et opulentia in altera parte.ita ꝙ pecunie tranſeant
de vna parte ad aliam regio non eſt pauperior neꝗ
ditior qꝛ qd̄ vna pe amittit alia lucratᷓ ſicut de ma=
gnitudine arcus cuiꝰ dorſum rareſit ⁊ vēter ꝯdēſat

ſed quando maior pars pecunie trāſit in manu vnius regnum eſſe pauperius dicere ſolemus. Tertia propoſitio quanto pauperes ſunt pauperiores tanto diuites ſunt ditiores tanto etiam etiam ꝗ̄to dāt intelligere ſi quia vel dum et econuerſo quādo pauperes depauperantur eorum opes eunt in manus diuitum. Quarta propoſitio mundus eſt equaliter diues in pecunia ſicut vnqꝫ erat. Si dicas multa que erant ſunt conſumpta ſic etiam multa ſunt ꝓducta. Quinta propoſitio demonſtrando multos quorum vna tertia pars nichil habet falſum eſt dicere iſti ſunt pauperes demonſtrando omnes homines in mundo verum eſt dicere iſti ſunt diuites ⁊ tamen multi eorum ſunt pauperes: ergo falſum eſt dicere ꝙ illi omnes collectiue ſunt pauperes alioquin duo termini priuatiue oppoſiti verificarentur de eodem ſi vna medietas diuitiis affluat alia inopia tñ ſunt diuites et pauperes copulati. Reſpondeo ad formam argumenti dico ꝙ bene ſortes poteſt eſſe extreme pauper et negatur ꝙ omnia ſunt eius tunc immo nichil: ⁊ quādo dicis tunc omnia ſūt eis communia verum eſt poteſt capere quamcunqꝫ rem ad ſubleuandam eius indigentiam et conceditur ꝙ eſt equa ratio de omnibus. ſed nichil eſt eius quouſqꝫ capit vel datur ei et capiendo hoc quod leuat eius indigentiam non debet amplius capere.

¶ Sed contra illud arguitur: ſi iſta dicta eſſent vera ſequeretur ꝙ ſi ſortes furaretur vnum caſeum et poſtea omnia eius bona eſſent ablata nichil habendo niſi illū caſeū ꝙ ille caſus inciperet eſſe eius et non tenetur ad reſtitutionem et ꝙ ſequatur patꝫ nemo tenetur reſtituere quod ſuum eſt ille caſeus eſt ſuus: igitur. Preterea pono ꝙ ille qui habebat caſeum illum primo veniat ad neceſſitatem pariter ſecum et ꝙ caſeus ſufficit vni ſoli cui debet reſtituere. Ad primum dicitur concedendo ꝙ in illo caſu caſeus eſſet eius et poteſt comedere ſed quando venit ad pinguiorem fortunaꝫ tenetur reſtituere equiualens: hoc patet extra de ſolutionibus. Odoardꝰ clericus ſed ſi cepiſſet tempore quo fuiſſet in extrema neceſſitate primo non videtur ꝙ tenetur reſtituere ipſo venienti ad pinguiorem fortunam qꝛ niſi ꝗꝫ iniuſte iſtud habuit. Ad aliud dicitur ꝙ vel dominus rei primo venit ad neceſſitatem extremam vel poſt alium vel ambo ſimul ſi primo tenetur dare vero dn̄o quia ad eum pertinet duplici iure ſi ambo ſimul deueniunt in extremam neceſſitatem dandus eſt vero domino quia duplici iure ad eum ſpectat aliud membrum eſt perſpicuum. Ad aliud argumentum vtendo logica communi teneor et obligor. Reſpondeo admittendo caſum et pono propoſitiones. Prima eſt: teneor de neceſſitate ſalutis dare alteri illorum quattuor. patet: ſi non dedero mortaliter pecco: patet per illud Iohan. tertio. qui habet ſubſtantiam huius mundi et videret fratrem ſuuꝫ neceſſe habere et clauſit viſcera ſua ab eo quomodo charitas dei manet in eo: ſed nullus habet maius neceſſe ꝗꝫ iſte ex ypotheſi et charitas dei nō manet in eo tunc eſt in peccato mortali. Secunda propoſitio nulli illorum teneor dare illum panem ꝙ patet per aſcenſum nec huic demonſtrando ſortem et ſic de ſingulis: ergo nulli illorum non eſt ibi opus conſtantia cum virtualiter ponatur propter pronomen illorum: hoc patet arguendo ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis. alicui iſtorum teneor dare: ergo iſti vel illi et ſic de aliis demonſtrando illos quattuor. Ex quo ſequitur ꝙ iſte non contradicunt teneor dare alicui iſtorum panem iſtum et nulli illorum teneor dare panem iſtuꝫ eſt diſtributio oppoſita ſuppōni determiate hic iſta contradicit huic alicui iſtorum teneor dare panem iſtum contradictoria alterius dabitur preponendo negationem huic verbo teneor vt ſit diſtributio oppoſita ſuppōni confuſe tātum dicendo non teneor dare alicui iſtorum hunc panem et opꝫ aſcendere diſiuncti ⁊ deſcēdere. Tertia propoꝰ hec probabiliter ē ꝯcedēda teneor dare iſtū panē alicui cui nō teneor dare pꝫ: hͦ eſt hypotetica vel in eā reſolubilis i hanc teneor dare panem alicui et illi non teneor dare panē et iſta eſt vera qͦ probo: prior pars patet ex premiſſis duabus. ſecunda pars patet quia valet hanc et illi cui teneor dare non teneor dare illa eſt negatiua cuius ſubiectum eſt hoc totum vel ſe applicat vni extremo illi cui teneor dare et illud totum non ſupponit nec eſt de conditionato nec ex poſſibilis: ergo illa tota eſt vera: ſicut chimera que neceſſario eſt non neceſſario eſt: dixi ꝓbabil̄r eſt cōcedenda qꝛ dubiū eſt an relatiuū ſubſtantie identitatis in copulatiua affirmatiua referens relatione perſonali antecedens in copulatiua referat reſtricte cum ſigno vel ſine ſigno aliquibus affirmatiue aliquibus negatiue opinantibus: ſed difficultas certe eſt ad voluntatem ratione improbari non poteſt ſi teneatur ꝙ non refert cum ſigno copulatiua eſt falſa et valet hanc: teneor alicui homini hunc panē dare et hōini non dabo vl̄ aliqͥd tale capiēdo ſignum particulare ſicut indigeo oculo ad videnduꝫ quo non indigeo ad videndum. Quarta propoſitio dando panem illi cui non teneor ſum abſolutus a debito: hoc patet dando ſorti ſum abſolutus a debito et tamen non teneor dare ſorti. Quinta propoſitio: ſi nulli iſtorum panem do ſum homicida: hoc patet ſi non paviſti occidiſti. octuageſima ſexta diſtinctione. paſce. Item qui negat elemoſinam indigēti chriſtum qui miſericordia eſt negat. ſeptima queſtio. prima. omnes qui preterea eſt maius peccatum negare elemoſinam indigenti ꝗꝫ auferre ab habente ſed ſecundum eſt peccatum quia furtum ergo et primum: aſſumptum patet. quadrageſima ſeptia diſtinctione. Si cuiꝰ hi. et peccare. hoc eſt ipſum occidere quia potes ſuam vitam ſaluare et teneris. Potes rationabiliter negare tales alicui iſtorum teneor dare panem: teneor dare alicui iſtorum panem. ſed hec eſt concedenda: ſi velim euadere peccatum dandus eſt panis alicui iſtorum et hec ſi non dedero panem alicui iſtorum pecco: intelligas

de lege et ſtante ypotheſi. Inſuper frequenter ſtat concedere indefinitam nullam ſingularem concedendo indefinita eſt etiam ſcita et ſingularis eius dubia. ſcio ſi nulli iſtorum do vnius hominis ſũ homicida et tamen non oportet ꝙ ſciam cuius vita michi imputabitur illa eſt ſingularis vt in primo tractatu capimus ſed ratione termini cõmunis nõ ſingulariſati capio indiffinitatem ſi teneor vni dare quia vtilior rei publice vel michi carior tunc illi⁹ ſum homicida et non aliorum. ¶ Sed contra propoſitionem arguitur: ponatur ꝙ ego nolim porrigere vni iſtorum hunc panem nullius illorum homicida ſum culpabiliter: qđ probo vel ſum homicida illorum quattuor et hoc non ſum quia non poſſum ſuccurrere iſtis quattuor et anathema eſt dicere deum obligare ad impoſſibile vt dicit beat⁹ hieronimus de explanatione fidei ad damaſcum papam: ergo non ſum homicida culpabiliter reſpectu iſtorum quattuor ſed ſolum reſpectu vnius: ſz probo ꝙ non quia non iputabiliter ſum homicida fortis nec imputabiliter ſum homicida platonis et ſic de aliis tribus: ergo nullius ſum homicida imputabiliter. conſequentia eſt nota et antecedens claret: propterea veniat ſortes et petat panem et reſpondeam ei nolo: hec nolitio non eſt mortalis quia non teneor dare ſorti. ſecundo veniat plato cui reſpondeam nolo: hec nolitio pariforme non eſt mortalis et ſic reſpondeam aliis: nulla illarum nolitionum eſt mortalis quia ſi vna quelibet conſequẽtia tenet gratia materie licet arguatur a nõ diſtributo ad diſtributum et a propoſitione habente plures cauſas veritatis ad propoſitionem habentem pauciores: quia equalis eſt ratio in omnibus: ergo nullus act⁹ voluntatis mee in illo caſu eſt mortale peccatum: ergo non pecco. Reſpondetur ꝙ cuiuſlibet eorum ſum homicida cuiuſlibet indigentiam poteram releuare ego poteram impedire ne ſortes moriretur et ſic ſum eius homicida: et ſic reſpectu cuiuſlibet alterius ſed imputabiliter vnius ſolius hoc ẽ deus non imputat michi niſi tantum ac ſi eſſet vnus ſolus et illi non ſubuenirem. Si petas pro quo reputat quere a deo reſponſionem et illud intelligo ſi nichil aliud materie ſit reſpectu iſtorum quattuor vt ſi haberem quattuor panes nulli iſtorum ſuccurrerem tunc ſum homicida imputabiliter de quattuor Si proiiciam lapidem extra domum et occidã ſortem dicitur michi a fide dignis occidi ſortem vel platonem iam ſcio ꝙ ſortem vel platonem occiderim ſed quem occiderim me fugit. Ad aliud argumentum dupliciter reſpondeo primo ſophiſtice dico ꝙ nolitio qua nolo ſuccurrere ſorti non eſt mortalis et ſic de duabus aliis nolitionibus ſequentibus ſed quarta nolitio eſt mortalis: et nego ꝙ ſit equalis ratio in facultate mea eſt dare cuicunqꝫ iſtorum ſine peccato et teneor vni illorum dare et abſolute negaui tribus ſine peccato. mortale incurro per nolitionem dandi quarto quia illud membrum ſequitur ex obligato cum oppoſitis bene negatorũ deus obligat me ad hanc ꝙ vni illorum dem panẽ veniunt tres homines ⁊ proponunt ſucceſſiue tres ſingulares quas rationabiliter nego et tunc ſint ſolum quattuor et conſtantia poſita per pronomẽ demonſtratiuum oportet illam concedere. accipio analogiam pono tibi illam aliquis iſtorum quattuor eſt indoctus demonſtrando pytagoram/ſocratem/ platonem /et ariſtotelem: illa eſt admittenda quia poſſibilis: poſtea proponis ſucceſſiue iſte eſt indoctus demonſtrando pytagoram/ illam nego tanqꝫ falſam et impertinentem et ita de qualibet ſingulari vſqꝫ ad vltimam: et illa propoſita ariſtoteles eſt indoctus conceditur cum ſequitur ex poſito et oppoſitis bene negatorum. Secundo reſpondeo magis theologice concedendo ꝙ nulla illarum nolitionum eſt mortalis ſed hec nolo dare hunc panez alicui iſtorum: ꝙ ſi ponas eum nulluz alium actuz habere: dicitur ꝙ peccat pure omiſſiue omittendo illud facere et velle ad quod tenetur: et hoc intelligo ſint michi equaliter iuncti ſecundum ordinem charitatis. ſecus eſt ſi vnus eſſet pater vel frater ⁊ alii extranei vel vbi vnus eſſet multuz vtilis reipublice vt tullius et alter inutilis vt catilina. at ſi panis ille ponatur in medio rogas an quilibet poteſt illuz rapere ab alio/ et apparet ꝙ ſic pro ſuccurrẽda ſua vita ad quam conſeruandam magis obligatur / vt ſi naui fracta vnus aſſer ſufficit ſuperferre vnuz ſolum et non duos quilibet ſaltando poteſt aliuz trudere ab aſſere. Reſpondetur quilibet poteſt initi in principio habere illum panem ſed ipſo habito ab vno nemo poteſt illum habere violente ab illo primo occupanti: conceditur teneor ſuccurrere mee vite ſine iniuria alterius: ſaltando ad aſſerem poſſum initi lucrari primo aſſerem et illo capto aliuz pellere ab eodez ſi egre me ferat: debeo michi citius ſuccurrere qꝫ illi vbi ambo periremus alias. nec ſequitur ꝙ debeo eum trudere in mare ab aſſere ſi illum primo habeat: licet poſſum occidere inuaſorez pro defendenda vita propria cum moderamine inculpate tutele: alter iniuſte me proſequitur rationabile eſt defendere vitam innocentis ne occidatur a nocente: hoc non contingit in caſu noſtro ſi inter ſaltandum vel ipſo ſe accingente ad ſaltandum eum truſero quouſqꝫ aſſerem lucror bonarum mentiuz eſt culpam ibi agnoſcere. Ex iſto patet ſi aliquis tyrannus minatur michi mortem niſi ſortem occidero non debeo occidere ſortem nec licet michi tueri meam vitam cum iniuria ſortis: ſed ſi ſint duo quorum vterqꝫ habet medietatem panis qui integer ſolum ſufficit vni illorum et hoc eis conſtat poſſunt ſortiri ꝙ panis detur vni quod ſi noluerint et vterqꝫ expectat quouſqꝫ alius det ei ſuam medietatem neutri mors imputabitur. nec vz dicere ꝙ ſortes in illo caſu tenet dare platoni cũ magis debeat velle platonẽ viuere qꝫ ambos mori qꝛ idẽ eſſz de platõe At dicis ionathã cepit fauũ mellis in extremitate virge. primi regũ. xiiij. et tamen peccauit quod pz cum reſponſum non dabatur a deo ad proſequen=

dos philiſteos et ſors cecidit ſuper eum. Reſpondetur negando minorem/erat ignarus prohibitionis paterne temerarie et neceſſitas eum excuſauit Reſponſio dei eſt liberatio et iam ſatis multi philiſtei miraculoſe occiſi ſunt: ſors cecidit ſuper ionathan ad declarandum ſuam innocentiam ne alii eſſent ſcandaliſati non conſtabat aliis de ſua ignorantia et fame qua laborauerat: et ꝙ oculi eius illuminati ſunt poſt comeſtionem.

¶ Diſtinctionis decime quinte queſtio ſexta.

tunc erit vſura:ergo vſura poteſt bene fieri in ſen=
ſu compoſito.dico ꝙ tunc capio crementum ſꝫ non
erit vſura.iſtud patet extra de vſuris ſuper eo di=
cit pontifex reſpondemus qḋ cum vſurarum cri=
men vtriuſqꝫ teſtamenti pagina deteſtetur ſuꝑ hoc
diſpenſationem aliquam poſſe fieri non videmus/
quia cum ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius vi
ta mentiri/multo magis prohibendus eſt quis ne ēt
pro redimenda vita captiui vſurarum crimine iuol
uatur comparat mendacio qḋ non poteſt bene fieri
et dicit eſſe maius.ſed dicis tunc diffinitio nichil va
let cum ſortes accipit vi mutui aliquid vltra ſorteꝫ
et tamen non eſt vſura.dicitur diffinitio datur de le
ge vel melius non capit vi mutui tūc ſubiret nomē
alterius contractus nunc innominati . vel non ca=
pio lucrum poſtq̈ꝫ deus michi dat ſic illa vi capio ſi
cut iudei vi donationis diuine acceperunt accom=
modatum ab egyptiis beatus ambroſius in aucto=
ritate premiſſa.xiiij.queſtione.iiij.pro cremēto ac=
cipit vſuram ſicut interdum eſt modus loquendi:
ſed licet capiens ab hoſtibus ſuum ſub nomine vſu
re vel ratione mutui peccet nō tamen tenetur reſti=
tuere tenet alia ratione ſcꝫ ſui non tenet alienum et
ſi reſtitueret non poteſt rehabere ꝛ ſic iniuſte re ſua
ſpoliabitur:ſi aliquis deberet michi centū ſcuta vel
furto vel rapina a me tenet q̄ ego non poſſum habe
re iuridice/vel qꝛ non exercetur iuſticia i patria/vel
qꝛ eſt potens tyrānus/vel qꝛ probare neſcirem euꝫ
tenere meū/ſed me non fugit quin mea centū ſcuta
detinet tunc poſſum dare ei centum ſcuta mutuo vt
in fine anni rehabeā ducenta dūmodo hoc non fa=
cio cū laceratiōe fame mee furto poſſum etiam ca=
pere cōmodius dum ego caueam ꝙ non reſtituet
michi nec meis heredibus in poſterum .hic non ca
pio lucrum ſed in modo loquendi vocatur fenus:
quia ita apparet aliis:ſed quia tangebatur inter ar=
guendū de lege nature:dicitur licet diſpēſauit de⁹
cum viro vt haberet duas vxores ſine peccato : pꝫ
de patriarchis abrahā et iacob : tn̄ non videtur idē
eſſe de vſura i veteri lege propter auctoꝛitates pro
phetaꝝ ſonantes in oppoſitū.dicet aduerſari⁹ ille
intelliguntur ſuo fratri:ſed quicquid ſit certū ē nūc
tempoꝛe legis gratie nō minus obligantur iudei ca
uere ab vſura q̈ꝫ nos xp̄iani cum lex gratie oīs cō
plectitur et volentes et nolentes licitum eſt michi
redimere vexationem meā iniuſtā.extra de ſimōia.
dilectus.et de magiſtris prohibeas . ſm̄ illud apo=
ſtoli redimentes tp̄s q̄m dies mali ſunt et ſic face=
re poterant iudei cum chananeis vt dictum eſt.ꝛc.
Tertio poteſt dici feneraberis tantum valet ſicut mu
tuabis : et ſic gloſa marginalis Deuteronomii.xv.

dicit ſuper illo verbo: fenerabis gentibus multis ꝛ
ipſe a nullo accipies mutuum. ¶ Tertio argumentor
regens dat ſcolaſtico pecuniā mutuo vt viſitet eius
lectionem et hoc facit ſine peccato vt apparet et tñ
capit lucrum vltra ſortem. patet mutuat decez ſcu=
ta que in fine termini capit et cum hoc alius mora=
tur in ſua regula et alter lucratur quattuor vel qnin
q; ſcuta ratione totius curſus et ſic capit lucruz vl=
tra ſortem ſic facit molendinarius piſtori vt veniat
ad eius molendinū. Rurſus mercator vendit par=
tem exteriorem panni ſorti decem ſcutis in manu
platoni ſimilem vendit expectando pecuniam de
cem ſcuta cum dimidio: et tamen eſt mutuuz inter=
pretatiuum et ratione temporis aliquid capit. ſi di=
cas eſt vſura ¶ Contra tenet ſe indēnem. Ad tertiuz
dico triphariaz poteſt ſe habere molendinarius vel
regens in artib⁹ primo pricipal'r mutuat piſtori vt
veniat ad eius molendinum: ſecundo mutuat piſto
ri propter deum actualiter vel virtualiter ſperat ta
men beniuolentiam ſed non obſtante vult dare mu
tuo piſtori ſiue ſit beniuolus ſiue non. tertio modo
principaliter propter deum minus principaliter ꝓ
pterea vt veniat ad eius molendinum vel lectionē
duo ſecunda membra non videntur reprobanda ſ;
ſolum primum. Sed contra dicis tu capis lucrum
preter ſortem vi mutui: quia illud non eſt tibi debi=
tum. Item ſi non veniret ad molendinum tuum nō
dares ei mutuo: ergo illa eſt cauſa magis principa=
lis cum ea ſecluſa ſecludatur effect⁹. nego q; capio
vi mutui ſed ſolum ratione debiti ratione congrui=
tatis et hoc ſi ego doceam ita vtiliter ſicut alius re=
gens vel molo ita bene et ita parum capio ſicut ali
us non capio indebitum cum ego lego ita vtiliter ſi
cut vicini mei huic nec leuabo plus pecuniarum q̄
debeam ex conſuetudine quid obſtet q; oculum ha
beat alius ad mutuum ſum gratior huic q̄ quiuis
alius quia mutuum ſuperaddo aliis bene concēdo
qḋ mutuum eſt cauſa ſine qua non quare iſte mo=
ratur in curſu et dat michi quattuor ſcuta finaliter
ſed illa leuo ratione improbi laboris mei. ſi dicas
non minus laborarem eo abſente. dico tu hac via
ꝯcluderes q; a nullo debeam leuare turonū; quia
quocunq; oblato ob defectum eius non minus le=
gerem. dico ſecundo tantum lego ei ſicut omnibus
aliis quia poteſt audire ſicut tota multitudo.
Ad aliud ſi non veniret ad molendinum non daret
mutuo concedo: ſed illatio eſt nulla ſecluſa cauſa
minus principali remouetur integer effectus quan
do ſunt due cauſe partiales et neutra ſe ſola ſufficit
et illud patet in ſimili in ſimonia. perinde eſt in pro
poſito. ſed dicis capio aliquid appreciabile pecu=
nie tollo ei libertatem alium adeundi que eſt auro
appreciabilis ſecundum q; dici ſolet non bene pro
fuluo libertas venditur auro. dico non tollo ei liber
tatem non eſt mecum maior ſeruitus q̄ cum alio ꝛ
poſſum mutuare ei pecuniam q̄diu viſitat lectio=
nem meam et prefinire terminum ipſo abeunte ſuū
pecuniam rehabiturus dato q; ipſe doctus ſit cau=
ſa quare plures alii accedunt et plus lucror hoc ha
beo ratione laboris mei qui eſt eque vtilis ſicut alte
rius. Ad aliud argumentum ſtat q; non ſit vſura vl
na panni habet precium non conſiſtens in impartibi
li. capio michi debitum ſaltem non capio indebitū
Si dicas ratione ſolutionis in promptu minus ca=
pio per francum. dico illā non eſſe cauſam ſed nul=
la eſt alia niſi voluntas mea volens vti beniuolen=
tia vni et non alteri ſi eſſet ratione intereſſe mei poſ
ſum ab vno capere vndecim ſcuta vbi cepi ſolum
decem ab alio: vel quia alius eſt malus debitor ci=
tius dicaz bonus debitor ꝛ malus ſolutor ſēper ma
neat venditor in hoc q; teſte eius conſciētia non le=
uat precium ratione dilationis q; ita libenter habe=
ret iuſtum precium in promptu: ſed petis an pōt
ꝓportionabiliter leuare preciū ſecundū q; emptor
eſt malus ſolutor vel an ratione auxietatis quaz ha
bebit ratione expectationis an ſecundum hoc po=
teſt leuare precium q̄ q̄ eſt aliquis color q; ſic ſed
quia eſt ſpecies turpis vſure non eſt ſanum illa via
procedere quieſcendum eſt in tali venditione citius
non vendat.

¶ Diſtinctiōis decime quinte q̄ſtio vigeſima q̄rta.

Vigeſimo quarto circa hanc diſtinctionē Notādū
quero an iſte caſus ſit vſurarius ego ha=
beo vnum chorum tritici in feſto ſancti
martini valentez viginti quem volo ſer=
uare ad auguſtum in quo triticum ſolet eſſe carius
apud britānos vel econtrario ducatur caſus apud
bis colligentes fructus annue vt inter tropicos et
prope eos ducatur proportionabiliter licet bis col
ligant propter ſitum terre nonnunq̄ habent annos
ſteriles. patet ex geneſis. xlj. capite de egypto etiā
vno tempore propinquo vel vicino collectioni ſe=
getum habent annonā cariorem vel minus caram
accedit ad me petrus volens emere a chorum pe=
tens dilationem ſolutionis ego capio triginta in au
guſto: ergo lucrum vltra ſortem: et tamen non pec
co. patet poſſum conſulere commoditati mee ſi=
ne detrimento alicuius cui non obligor ſub pena
peccati ſed ego intendebam ſeruare a chorum ad
auguſtum vſq;. igitur. Reſpondeo vel ego eraz vē
diturus nunc meum chorum ſi haberem ſolutionē
in promptu ſecunduz forum currens: vel eram ex=
pectaturus auguſtum in quo triticum ſolet eſſe ca=
riſſimum / ſi primum ſum vſurarius / ſi ſecundum
non ſuz. illud patet extra de vſuris nauiganti ꝛ ego
poſſum multiphariam me habere cum petro vel
nunc imponendo ei certum precium puta de dan=
dis triginta et ſi ita ſit qḋ illo tempore anni chorus
interdum valet quattuor vel quinq; vltra nonnun=
q̄ minus ratione dubii poſſum vendere triginta te
nendo medium ratione dubitationis. iſtud patz de
vſuris nauiganti: et in ciuitate ego non teneo me in
tuto et alium in diſcrimine ſed pro vtroq; eſt equa=
le diſcrimen vel non limito certum precium ſed or
dino ſolutionē pro vno tp̄e. ꝛ hoc dupliciter vel vno
determinato die quem ego volo eligere ad nutum
meum in q̄o iudico q; triticum carius vendetur di

ctne petrꝰ dabit michi preciū currēs in die ſabbati badingtone immediate ante feſtum aſſumptionis chriſtifere virginis auguſti et ſic iterū non facio vſuram quia eram illo die vendicturus ſi non ſuperueniſſet petrus vel teneo me in pluribus diebus puta ſicut venditur charius in tota eſtate vel in toto illo menſe et ſic me teneo in ſecuro et alium in incerto et committo vſuram quia ſi tenuiſſem triticum penes me neceſſe fuiſſet expoſuiſſe vēditioni vno die determinato eſt deuerbium apud noſtrates in vituperium vſurariorum iſte vendit ſicut farrina chari us incidit hoc anno. ¶ Ex iſto patent aliqua primū eſt nunc in hyeme forū commune de choro tritici eſt de viginti ego nunc vendens chorum capio iuſte pro eſtate triginta. Secundo ſequitur vendo duos choros eodem die et pro vno recipio viginti tantum et pro alio triginta. patet intendebam vnū chorum ſeruare ad auguſtum ad ſoluendum meſſoribus et alium nunc ad ſatiſfaciendum dño ſoli de firma ſancti martini vtor more noſtratium loquendi de firma. Tertio patet vnus pro vno choro capit tres choros iuſte. patet venit ad me petrus egens choro tritici in auguſto valenti quadraginta ob ſterilitatem iſtius anni vendo ei expectando precium ad diem ſancti martini tunc chorus valet decem et per conſequens capio ab eo quattuor pro vno licet plus in quantitate mathemathica capiam non tamen plus in valore. Quarto ſequitur magnam gratiam facit colono diues in eſtate dans ei vnum chorum mutuo pro ſimili choro ſoluendo in quantitate in hyeme. patet concedit ei de ſuo lucro qđ iuſte conſequi poterat. Quinto ſequitur facit ei gratiam capiendo duos choros pro vno expectauit ſolutionem et non petit maiorem quam in promptu habere poterat ſed nō debet ſub hac forma mutuare mutuo tibi nunc in eſtate vnum chorum ea lege ꝙ in feſto omnium ſanctorum michi des duos choros vel chorum cum ſemis / eſto ꝙ frequenter ita fit ſed an ratione periculi poteſt ſic paciſci cum ſecundum iudicium prudentum nunc vnus chorus valet duos i hyeme. non inſiſto cum ex dictis poteſt haberi ſolutio. ſed videat diues ne agricola ſit in extrema paupertate vel parum ab ea diſtans in qua non modo tenetur mutuare ſed ſub pena peccati dare habeat oculum pietatis non opprimendo pauperes nō extremes hac via capiūt pauꝑ mutuo i eſtate collectis meſſibus in principio anni nichil habet in fine vnde tota eſtate cum domo tabeſcit multum meretur diues ille coram deo et hominibus qui ſuccurreret imprudenti colono mutuando chorum pro choro eſto ꝙ in correlariis illatis neſcirem vtrum damnare ꝙ peccet. Sed remanent duo puncta excutienda in ſolutione primi: probo ꝙ volens expectare ad auguſtum poteſt ſtatuere ei vnum menſem. patet: poteſt ſtatuere duos vicinos dies et qua ratione duos eadem ratione tres quattuor ſine ſtatu. de duobus patet: quia in die ſancti michaelis et in craſtino durat indictum ſancti michaelis badingtone: eodem modo de tribus vel quattuor vt in indicto omnium ſanctorum edimburgi vel octo diebus continuis vt in indito canthebergie/ſtrubeich. ſimiliter ponatur ꝙ eſſem vendicturus chorum meum partibiliter quartam partem eius primo die forali auguſti: ſecundum chorum ſecundo die forali eiuſdem menſis et ſic de aliis duabus quartis tunc poſſum tibi aſſignare quattuor dies. Secundo probatur ꝙ non potes accipere tantum ſicut in vno die ſignato et hoc ſic tu habes maldrum tritici nunc in hyeme vel omnino collecta ſegete primo tu vendes petro dictum eſt iuſte tanti quanti ſimile triticum venditur badingtone i vno certo die quia tunc eſſes vendicturus. ¶ Contra maldrū tuū in hieme areſcet an eſtatem ḡ deficiet an auguſtū vna cētesima pars maldri vel ſedecia: ḡ ſi conſeruares minꝰ in quātitate haberes. Inſuꝑ hēres curam et ſollicitudinem pro conſeruatione: ergo iniuſte tantum capis hodie in hyeme ac ſi venderetur in auguſto. Ad primum nego ꝙ poteſt ſtatuere duos dies et hoc ſi erat expoſiturus totum venditioni vnico die ſed minus inconueniens eſt pro duobus ꝙ̄ tribus et ſic aſcendendo: et licꝫ poterat quolibet die forali triticum exponere venditioni tamē ſolum vnico die vendidiſſet. dicis ſic eodem die forum mutatur ꝙ hora nona vna menſura valet duodecim hora duodecima tredecim hora quarta quindecim: ergo inconueniens eſt capere integrum diē. Reſpondeo raro ſolet eſſe notabile diſcrimen i eodem die et in iſtis commutationibus ſufficit vti rudi mineruа non deſcendēdo ad partes diei quia ſic duceres anfractꝰ ad partes minutas hore. ſꝫ veniendo ad punctum dicatur reducatur medium extremorum illius diei quod eſt tredecim ibi eſt tantum apparentie lucri ſicut damni et eatur ad precium medium et ita facile eſt reducere totum ad iuſtam equalitatē ſi ante meridiem fuit venditio duodecim / et poſt meridiem continuo propter inopinatam ſortem quattuordecim cēdo cōſter ad tredecim. ſed tangitur ꝙ vendens intendebat quatripartiri venditionem tunc dico ꝙ pro qualibet parte poteſt capere precium currens illius diei et non pro toto: ſic dicens pro hac quarta maldri dabis ſicut forum currit tali die: pro ſecunda quarta dabis ſecundū forum currens forali die immediate ſequenti. Ad ſecundum videre meo argumentum rationabiliter oſtendit ꝙ debet defalcare diminutionē granum fuiſſet minoris menſure in auguſto: et ſic intelligo prius dicta ego in hyeme vēdēs triticū qđ ſeruare proponebam vſqꝫ ad primam auguſti accipere poſſum tanti quanti triticum venditur in illo die reſpiciendo ad diminutionem grani ſed quia forte minus in quantitate grani areſacti dabit tantum farine ſicut plus de grano non areſacto illud non ſufficit cum menſuram eſt repleturus tritico in eſtate et non farrina ꝙ equales menſure tritici inequales dant menſuras farrine dubitat piſtor nullus homo prouenit a ſoliditate et corpulentia vnius grani ſuper aliud et modicus aer includitur inter grana. Sed contra non erit notabile damnum ſed non cōputandum ratione a grani areſacti e ſimiliter ratio

ne b ſpice arefacte:ergo tota cōdēſatio totius mal=
dri erit non notabilis detrimēti. Rurſus ſi in octo
menſibus a die ſancti martini ad auguſtum vſqꝫ di
minuetur vna ſedecima pars maldri ſi ego p̄poſ=
ſuiſſē ſuare ſeptē ānis oportebit defalcare ſeptē ſe
decimas maldri poteſt eſſe ꝙ ego volo ſeruare q̄a
preſcius future ſterilitatis ſicut ioſeph vel per cur=
ſus ſyderum more thaletis oſtendētis philoſophū
facile poſſe ditari quia licet nemo poteſt cognoſce=
re effectus futuros dependentes ex libero arbitrio
tamen poteſt cognoſcere fertilitatem vel ſterilita=
tem terre per aſpectus celeſtes ſerenos vel obli=
quos imo eiuſdem anni fertilitatē prenoſticent agi
pri a cremento nili ad ceteros limites: ergo a for=
tiori a celo. Reſpondetur licet cuiuſlibet grani ſit
non notabile damnum bene tamen totius multitu
dinis:ſicut in paruo tempore non cognoſcitur mo=
tus manus in horologio vel vmbre cauſate a perpē
diculo in magno tēpore illud dinoſcitur: nec opor=
tet in equalibus temporibus ꝙ ſemper granū pro=
portionabiliter areſiat ꝛ cōdenſet quia ſic in ſedeci
annis totum maldrum condenſabitur ad indiuiſi=
bile qđ eſt falſum. Ex quo patet ꝙ ſi frumentum
non poteſt ſeruari non potes vendere ſecundū exi=
gentiam magni temporis futuri vt ſolet eſſe de fru
mento allato de ſicilia per mare ad maioricarū in=
ſulam ſed poteſt capere precium ſecundum quan=
titatem tēporis per qđ poteſt durare et quādiu in=
tendebat illud ſeruare in illo. Sed dicis ponamus
ꝙ ſortes vēdens maldruꝫ i hyeme qđ ſeruaſſet ad
auguſtum quadraginta vbi tamen ſcđm iudicium
prudentum precium non excedet toto iſto anno tri
ginta tunc cōmittit vſuram:quia capit vltra ꝗ̃ pre
cium veriſimile toto iſto futuro. Sed contra pona
tur ꝙ inopinate deſtruatur bladuꝫ in agris ab abū=
dantia aquarum vt eſt in locis decliuibus/ vel a ſic
citate in terra arenoſa vel montuoſa ſic ꝙ facile erit
exceſſus maldri ad quinquaginta tunc petrus ni=
chil perdet:ponatur ꝙ tenet penes ſe totum granū
ſed ſuperlucratur. Reſpondetur ſortes non excu=
ſatur ab vſura tranſcendens preciuꝫ veriſimile ſe=
cundum iudicium prudentiuꝫ:ſed an tenetur reſti=
tuere lucrum puta illa decem que capit vltra ſortē
non eſt ita clarum. ſi dicas non tenetur quia petrus
nichil perdit ſed ſuperlucratur hoc non ſufficit ſic
frequenter in vſu eſt ꝙ mutuatarius lucratur non
obſtante mutuator lucrum capiens tenetur ipſum
reſtituere mutuatario. forte dicis non tenetur reſti=
tuere ſed male data eſt cauſa:ſed erit hꝫ penitet ſor=
tem vſure preterite cum videt bladum ſic aſcende
re qđ erat conſeruatur⁹ ad primaꝫ auguſti ſi petr⁹
non ſuperueniſſet ipſe capit decem ratione intereſ=
ſe hoc eſt ratione lucri qđ cōſequi poterat et de fa=
cto conſequutus fuiſſet ſi non fuiſſet petrus eſt dif=
ficilius hunc modū eradicare. Ex toto patet quis
poteſt emere bladum in agris vel granuꝫ de nouo
ſeminatum ſine labe vſure ſicut de ordeo buklaſe
veniente vt hadigrone aiunt prouerbialiter dum=
modo dat moderatum preciuꝫ non tantum quanti
eſtimatur in orto collectuꝫ eſt ſubiectum multis di
ſcriminibus pluuie ſiccitati ziꝫanie loliis ꝛ carduis
ꝛ huiuſmodi:ſecundum illud maronis prime geor
gicorum poſt multa nociua numerata dicit. Quod
niſi et aſſiduis terram inſectabere raſtris. Et ſoni=
tu terrebis aues et ruris opaci. Falce premes vm=
bras votiſqꝫ vocaueris imbrem. heu magnum al=
terius fruſtra ſperabis aceruum. oportet defalcare
precium ad quantitatem laborum paſſorum anteqꝫ
colligantur ad ortum et periculum celi vel hoſtiuꝫ
et rurſus in orto ſubiacebit diſcrimini. teſte maro=
ne inquiente. Cum habes in orto. Tum varie elu=
dunt peſtes ſepe exiguus mus. Sub terris poſuit
qꝫ domos atqꝫ horrea fecit. Aut oculis capti fode=
re cubilia talpe. Inuentuſqꝫ canis buſo et que plu=
rima terre. Monſtra ferunt populatqꝫ ingente far=
ris aceruum. Curculio atqꝫ inopi metuens formi=
ca ſenecte. Si dicas hominem poſſe ſe facile tueri
ab hiis inconuenientibus ſecundum conſilium poe
te dicentis. Area tum primum ingenti eſt equanda
cilindro. Et vertenda manu et creta ſolidanda te=
naci. Ne ſubeāt herbe neu puluere victa fatiſcat. hoc
non obſtat in toto hoc artificio opus eſt materia et
labore:et licet det ſigna prenoſtica cognoſcendi fer
tilitatem frumenti per amigdalum inquiens. Con
templator item cum ſe nux plurima ſiluis. Induet
in florem et ramos curuabit olentes. Si ſuperant
fetus pariter frumenta ſequentur. nunꝗ̃ vacabis
periculo et improbo labore ꝙ licet iſta emere. patet
venditor eſt in ea neceſſitate qua vendere compel=
litur tum propter inopiam/tum propter diſceſſum
ad loca remota/tum nec ipſe nec eius audent labo=
rare propter crudelitatem tyranni vicini ſed ſecū=
dum iudicium prudentum ponderandum hinc in=
de collectam ſegetam:ex vna parte periculuꝫ et o=
peram ex alia: prudentes voco colonos vicinos.
Ex iſto patet arpentum grani minus valet i agris
ſoyntonouem et tuedinouch ꝗ̃ coleniganem et lā=
bruch:hoc patet propter concurſum hoſtium. tem=
pore belli idem patet de balachie vel raguſe agris.
Secundo patet granum prope collectionem plus
valet ꝗ̃ quando primo gerebat fructum in culmo
et tunc magis ꝗ̃ quando ſeminabatur. Tertio pa=
tet ſtat emptorem iſtius bladi moderate lucrari et
iuſte ſi non eſſet ſpes lucri non aſſumeret hunc labo
rem. pro lucro tu pone diem quocunqꝫ laboras. nec
propterea ſequitur ꝙ vendens perdit ſtat vtrunqꝫ
eque participare lucrum licet hoc non requiratur
ad medium emptionis et venditionis ſufficit ꝙ ni=
chil inique fiat in contractu ſi emptor caperet hic
exceſſiuum lucrum eſſet vſura ſub mutuo interpre=
tatiuo ratione temporis.

¶ Diſtinctionis decie q̄nte q̄ſtio vigeſima q̄nta.

Vigeſimo quinto queritur an iſte caſus ſit
labe vſure infectus vel licitus/eſt ſempro= Notādū
nius campſor dans tibi albam pecuniam
pro ſcuto aꝯcepit ꝗum albū ſupra ſcutum vl mu=

tui:ergo committit vſuraꝫ:⁊ tamen nō peccat cum
vides viros honeſtos artem exercere cum ſint vti
les reipublice tu petis aurūꝫ pro alba pecunia quā
attuliſti de partibus vel pro danda elemoſina vel
rebus minutis emendis/vel attuliſti pecuniam de
vna patria exiſtimās ꝙ valeret in alia ad quam va
dis q̄ nichil tibi prodeſt vtile eſt habere permuta=
tionem. Inſuper ypotecharii dant in actibus ſco=
laſticis pariſii vaſa argentea ⁊ tñ capiunt lucrū vl=
tra ſortem vi mutui ſi non eſſet ratione mutui eſſet
alius contractus.ſ.locationis ſed hoc nō ſi ego cō
ducerem equum tuum qui eſſet a me ablatus ſine
culpa mea res peribit in manu locantis et non con
ducentis cum locans eſt dñs rei.ſic non eſt hic mul
ti in doctoratibus ſuis experti ſunt oppoſituꝫ igit.
idē pōt deduci de pecunia que datur ad oſtentatio
nem banchario/vel illi qui ducit vxoreꝫ ante fores
eccleſie vel alibi ꝙ ibi ſit mutuum et nō locatio.pꝫ:
aliter tu non deuinciris reddere eadem ſcuta ſuffi=
cit ſilia ſicut fit in mutuo et non in locatione vel cō=
ductione. Rñdetur concedendo ꝙ campſor capit
lucrum vltra ſortem:ſed hoc non eſt vi mutui ſꝫ eſt
alius contractus permutationis ac ſi tu dares mi=
chi triticum ſicilie et ego tibi ſalmones clide iſti cā
pſores ſunt vtiles rei publice ⁊ locant ſuas domos
et operas pro vtilitate communi pariſii oēm pecu=
niam habebis commutatam i monetam gallicam
nunquid iſtum oportebit habere labores ad expo=
nendam pecuniam aliarum regionum.idem eſt de
bancharíis das ſorti pariſius centum ſcuta dat tibi
vnas litteras ad platonem venetiis vt habeas no=
naginta quinq̄ vel nonaginta ſex eſt tibi ⁊ reipubli
ce vtilis tibi fuiſſet penalius ferre hanc pecuniam
q̄ꝫ vnas exiguas litteras ſollicitudo in itinere pro
conſeruatiōe eius et forte fuiſſet cā tue necis vnde
nunc non putatur te habere vltra ſumptus in prom
ptu:et ſic ſoſpes a metu hoſtium euadis oportebit
eum interdum per famulum capere curam de ſatiſ
factione pecunie recepte et onus periculi ſubibit et
ſicut tibi vtilis eſt ita cuilibet alteri et per ꝯñs toti
rei publice.ſed an lanius vel piſtor poteſt capere ra
tione permutationis aliq̄d lucri incertum eſt nō lo=
cat operas ſuas ad hoc et capiens album more cā
pſorum videt eos defraudare a ſua arte et a lucro
debito ꝑinde ac ſi vnꝰ artifex poneret falcem i meſ
ſem alterius artificis hec ratio non eſt magni pon=
deris qꝛ hac via nō poſſet permutare gratis qđ nō
eſt dicendum eo ꝙ eſſet in grauamē campſorum ſi
capiat turonum vel duplum pro labore quem ha=
bet numerando tenuem pecuniam et pro placi=
to impenſo vbi campſor capit quattuor turonos
vel liardum non videtur peccatum . dicis forte la=
nius dans tibi albam pecuniam pro aureo nummo
mauult habere aureum vel ita libenter:ergo mane
bit placitum pro obſequio.dico ꝙ hec ratio conclu
deret etiam contra campſorem qui crebro ita liben
ter haberet vnum ſicut aliud:etiam nōnumq̄ꝫ homo
permutat in vna patria cum pecunia que minus va
let in illa et portat in aliam vbi plus valet ſine labe

vſure vt groſſum anglicanum valet quattuor dena
rios ſcotus dat anglo quater mille denarios ꝑ mil
le groſſis/groſſum apud ſcotos valet quinq̄ dena=
rios:non capit lucrum ab anglo vltra ſortem in pa
tria angli et etiam eſt permutatio.idem eſt ſi duca=
tus plus valet rōe q̄ꝫ pariſius ratiōe patrie ad quā
proficiſcor.capio a banchario pariſii ratione duca=
torum quos ei do proportionabiliter rome nō hoc
vi mutui ſed ratione patrie ad quam pergo ⁊ pote
ram mecum portaſſe ducatos. Ad ſecundum argu
mentum ibi eſt locatio et non mutuum ⁊ ſic non eſt
vſura/vaſa non ſunt recipientis ſicut eſt in mutuo
ſed manēt locantis:et ſic de pecunia data ad oſten=
tationem vel de auro dato ad curandum a lepra.
Dicis diſtractio pecunie eſt eius deſtructio vſus nō
diſtinguitur a dominio. Reſpondetur ſuperius lo=
cuti ſumus de dominio et vſu rerum pro modo
tamen loquendi in aliquibus vſus rei diſtinguitur
a dñio hoc eſt quando homo vtitur re ipſa dño et
proprietate manente penes alium vt in accōmoda
tione et in conductione in rebus vſu conſumptibili
bus vſus non diſtinguitur a dñio hoc eſt qui vtitur
re ipſa ad finem ad quem ordinatur eam conſumit
vt in cibo et potu vſus cōis pecunie eſt eius cōſum
ptio vt fit in mutuo vel emptione:non ꝙ pecunia en
titatiue conſumatur ſed transfertur a cōmutāte ita
ꝙ non ſit eius ac ſi eſſet totaliter extincta ſed quan=
do manet eius non conſumitur vſu vt in oſtentatio
ne vel in auro pro curando morbo tunc non eſt eiꝰ
diſtractio ſed locatio et conductio ⁊ tunc pōt mode
rate cape pecuniam et vero dño debet idem reſti=
tui alioquin detineretur alienum ſed quia eſt puſil=
lum diſcrimen inter ſcutum et ſcutum ducatum et
ducatum non refert an reſtituatur idem : ſecus eſt i
aliis rebus que raro reperiuntur eiuſdeꝫ bonitatis
demonſtra duos equos iudicio tuo in valore ſimili
mos vnus vocabit a b meliorem alius aſſeret b an
teire a:propterea in talibus non ſolet eſſe mutuum
De amiſſione vaſorum reſpondetur in re que non
requirit diligentiſſimam curam vt in equo tenetur
conductor ſolum locatori de dolo in culpa lata ⁊ le
ui cum vtriuſq̄ gratia contrahitur.inſti.q̄.mo.re.
contrahi.obli.§.vltimo.hoc etiam patet in.l.ſi q̄s
domum.§.celſus.ff.loca.ſed in re que eget diligen
tiſſima cura conductor tenebitur de culpa leuiſſima
patꝫ in.l.ſi merces.§.qui columnā.ff.loca. q̄s alias
tibi vaſa argentea vnq̄ꝫ locaret:non inſiſto an ban=
charius capiens ad oſtentationem pecuniā vt cre=
datur diues ⁊ ei adhibeatur fides/vel de illo q̄ vult
diuitem vxorem habere illa via an peccet mentien
do ⁊ diſſimulando vel alter ſecuꝫ ad hoc cooperās
quia hoc ſpectat ad materiam tertii.

¶ Diſtinctiōis decime quinte q̄ſtio vigeſima ſexta

Vigeſimo ſexto q̄ro an iſte caſus ſit vſu=
rarius ſortes dat platoni duo mille li= Notabile
bras ſtirlingorum mutuo capiens pagū
valentem annue centum ſcuta in pigno=

re tenet ſortes a pagum et eius fructus colligit vigĩ
ti ãnos et demum mille ſuas libras integras reci=
pit huic diffinitio vſure competit et tamen contra=
ctus non reputatur labefactus cum paſſim fiat in=
ter viros honeſtos talis capit lucrum vltra ſortem
quia fructus viginti annorum vi mutui non eſt alia
vi. Reſpondetur hic caſus vbilibet contingit in pri
mis licitum eſt capere ſecuritatem cirographũ ac=
cepit a gabello thobias de decẽm talentis. thobie p̃
mo. hoc licet etiam de agris ſic erat in terra ꝓmiſ=
ſionis leuitici. xxv. romanus pontifex de vſuris ca
pite primo dicit. habens pignus fructiferum debet
computare fructus perceptos in partem ſolutiõis
ita ꝙ ſi dares michi centum ducatos mutuo et ha=
beo a agrum in pignore vel in apotheca extẽdo ter
minum pignus ad vtrunqꝫ leuas centum ſcuta et pe
cunia etiam collecta ſupra centum que ſufficit mi=
chi pro laboribus et induſtria quam habeo pro col
ligentibus fructibus de vintior reſtituere a agellus
ſi pignus ſit meum de iure et alter detinet tyran=
nice palam eſt non debeo computare fructus reci=
pio meum/vel pignus eſt mutuatarii aliquo modo
habet dñium vtile et mutuans habet dñium directũ
et tunc nõ oportet computare fructus in ſolutione
ſortis. patet de vſuris conqueſtus. hoc patet de feu
dis. ca. primo et tunc vaſallus non debet ſeruitium
dño feudi: idem eſt de ſocero recipiente pign⁹ fru=
ctiferum a genero qui non tenetur computare fru=
ctus in partem ſolutionis de vſuris ſalubriter ſed
tunc requiritur ꝙ ſuſtineat onera matrimonii ad h
ꝙ iuſte lucretur. patet. ff. dando. excep. l. pater. niſi
in his caſibus vel ſimilibus non licet. dicis tũc do
minus feudi habet plenum dñium in terra quia di=
rectum et vtile: et per conſequens non tenetur reſti
tuere feudatorio. et vltra ſequitur ꝙ nõ manet ei in
pignore cuꝫ res propria nulli eſt pignus imo ſequi=
tur ꝙ alius non eſſet vaſſalus. dicitur ꝙ vaſſalus to
to tempore durationis non habet actu dñium vtile
dñium tamen eſt ligatum et tollitur ligamẽ poſt ſo=
lutionẽ mutui non obſtante non deſinit vocari vaſ=
ſallus potentiam remotam habet ad ſeruiendũ do
mino feudi dñs feudi non habet plenũ dñium irre=
uocabile licet pro tempore vtrunqꝫ habeat cũ vaſ
ſallus aliquid iuris in re habeat alter non habet p=
fecte dominium et ſic vocatur adhuc pignus. Ce=
terum eſt vnum membrum magis prima facie am
biguum pagus eſt ipſius mutuatarii nullo iure ſpe
ctans ad mutuatorem: ſit ſortes dñs capiẽs a pla
tone bis mille aureos dat interim a pagum annue
valentem centum aureos platoni in pignus conſi=
derando omnes circumſtantias contractus. dicitur
ꝙ non eſt vſura nec eſt mutuum ponuntur vel pre=
ſupponuntur per leges municipales et conſuetudi
nẽ q̃ contractũ interpretatur aliqua contractui mu
tuo pugniãtia: de ratione mutui eſt ꝙ mutuator po
teſt a mutuatario petere ſolutionẽ mutui quando
vult vel in termino aſſignato iſte contractus eſt ir=
reuocabilis capiens predium vel vocatum pignus
non poteſt cogere recipienteꝫ pecuniam ad reſtitu/
endum qḋ eſt cõtra ſubſtantiam mutui etiam ſi pa
gus pereat caſu fortuito vel incurſione hoſtium ca
piens vocatum pignus nichil aliud habebit: et ſic
non eſt ꝓp̃e impignoratio non refert quibus nomi
nibus vocetur contractus vocatur frequenter alie
no nomine. quarti reg. ſexto. quidam ſecurim acce
perat accommodato et tamen dicebat heu heu heu
hoc mutuo accepi et tamen palam eſt ꝙ non erat
mutuum cum accipiens non habebat dñium illius
rei. ſimile patꝫ. quarti reg. quarto. de heliſeo dicen
te vidue pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa
vacua non pauca et tamen ibi erat accommodatio
ſimiliter leuitici. xxv. non erat emptio et venditio
ſed potius impignoratio. ſimile contingeret ſi quis
vellet palliare in vſura diceret/non mutuo tibi cen
tum ſed emo annuum redditum ꝙ quotãnis obli=
gaberis michi dare quinqꝫ vel ſex et apud me erit
facultas repetendi quando voluero hic eſt mutuuꝫ
licet vocetur emptio cenſus annui. patet tales con
ſequentias eſſe nullas ſortes vocatur leo vel vrſus
ergo eſt leo vel vrſus/vel iſte vocatur doctor omni=
ſciens vel reſolut⁹: ergo eſt talis. quo fit contract⁹
prefactus non eſt vſurarius ſed emptio huius pagi
cum conditione reuendendi cum alius pecuniã per
ſoluerit et in emptione non oportet dare fruct⁹ re=
ceptos alteri quia emptoris ſunt ſi emerẽ a te anno
dñi milleſimo quingenteſimo et de hinc ad decem
annos futuros vel viginti leuo tantum quantũ de=
di et amplius et ſi a me emeres tantum dabis ſicut
ego dedi a principio et illud eſt veriſimile ꝙ nichil
palliationis ſit cum dando viginti pro vno iſte po=
terat emere predium aliud irreuocabile ſed ſi adde
retur particula ꝙ periculũ maneret apud ĩpignorã
tem vel ꝙ pecuniam dans poteſt reuocare pecuni
am ad placitum eius tunc eſt vſura.

Diſtinctionis decime qnte q̃ſtio vigeſima ſeptia

Vigeſimo ſeptimo circa hanc quintam de=
cimã diſtinctionẽ queritur de pecunia tra=
iecticia vel nautica tangendo caſuꝫ capitis
nauiganti de vſuris non licet ſorti capere pecuniaꝫ
vltra ſortem ratione periculi ſuſcepti vt romanus
pontifex dicit in capite prefato. Reſpondetur intẽ=
tio illius capitis eſt reprobare contractum illũ quo Notãdũ
mutuans noluit dare mutuo pecuniam niſi in ſe ſu=
ſciperet periculum et lucrum acciperet et ſic nõ dat
mutuo gratis: ſed ſi mutuatarius rogaret mutuato
rem poſt mutuum in ſe ſuſcipere periculum vel ſi
vltro mutuator ſe ad illud offerat poteſt taliter ſu=
bire onus periculi ſicut non mutuator. ratio bernar
di in gloſa nichil valet. dicit ꝙ periculum pecunie
mutuate pertinet ad debitorem cum ſua facta fuiſ=
ſet/alius tamen frequenter in ſe ſuſcipit periculum
ſine labe vſure ſic poteſt mutuãs poſt mutuũ datuꝫ
Ceterũ de periculo eſt vnũ aliud cõiter fit in italia
et hiſpania vt michi recitant hiſpani ſortes exiſtens
barchinonie mittit merces ſuas ad damaſcũ ſiue vl
alexãdriã egypti formidat de mercibꝫ diſcrimine pla

to in ſe ſuſcipit periculū pro certa pecunia vel aliquā pecuniā tradit ſorti pro mercibus eius ibi plato eſt in periculo perdendi pecuniā quā ſorti dedit etiā eſt apparētia ꝙ ſuperlucrabitur exponit ſe diſcrimini hic non eſt vſura ſʒ alius cōtractꝰ inoiatꝰ noie ſpeciali accipio ſi des ex pte platonis: hoc eſt accipio in me periculū ſi des centū vel do ſi des ex parte ſortis ſortes dat oē ius ſuū in mercibꝰ ſi aliꝰ det mille ⁊ ſi plato locaret operā ſuā puta ē nauclerus vel nauta ꝓ ſeruandis mercibus diligentiꝰ nō videtur cōtractus illicitus: ſʒ vbi plato quieſcit lōdoniis ⁊ periculū eſt de naui vl' itbone ⁊ nulla opera locatur: ſed caſus exponitur fortune aliud eſt. aliquibus placet hunc contractū iuſtificare. aliis eum reprobare ⁊ apparentia reprobationis eſt cū hoies predicēt vſuras in lumie naturali excutiēdas eo ꝙ ſi ſic liceret viuere iuſte homo ſine labore plꝰ lucraretur ꝗ̄ aliꝰ quocūqʒ labore ſic in iſto caſu homo a ſe excueret onus impoſitū a deo ꝙ in ſudore vultꝰ ſui pane ſuo veſcat dicet aduerſarius hic eſt expoſitio diſcriminis ⁊ nō eſt certꝰ caſus de lucro ⁊ ſuccurritur fratri triſtie ſollicito de aduentu mercis cōducit ei habere mediocre lucrū anteꝗ̄ tabeſcat tēpore more quicquid ſit ſatius eſt ab iſto contractu deſiſtendum ⁊ licet contractus ſit turpis ⁊ pctm̄ nō tamen apparet ꝙ tenet reſtituere lucrum nec eſt vſura nec reſtitutio eſt precepta iure nature/diuino vel humano.

¶ Diſtinctiōis decime quīte q̄ſtio vigeſima octaua

Ulterius. xxviij. paulisꝑ inſiſtamꝰ tangendo vnū modū cābii quo dicunt mercatores paſſim vti ſicut itellexi a quodā q̄ cū eis verſat ⁊ vocat cambiū burſe cambiū burſe fit hoc mō i platea brugenſi vel handbarpie mercatoribus deputata ſurgit vnus petens: quis vult dare mille ducatos mutuo quattuor vel quīqʒ menſibus ad hiſpaniam vl' italiam ⁊ talis habebit cētū vl' centū quinquaginta vltra capitale cābiū burſe creſcit ſm exigentiā pecunie inter mercatores ⁊ ſm habundātiā decreſcit et ſic variatur accedit habēs pecuniā accepta ſecuritate hanc pecuniā dat mutuo capiens vltra ſorteʒ non ratione mutui: ſʒ intereſſe intēdebat mercari et mercatus fuiſſet ſi hunc moduʒ non reperiſſet: ſed cum reperit hunc modum non ponit ſe amplius ad mercandum vel parum mercaturam exercet trāquillius et ſecuriꝰ capit ſuū lucrū ꝗ̄ trāſeūdo ꝑ mare ita ꝙ ſollicite venat quō vadit cābiū burſe ⁊ ſi burſa non fuerit ſatis alta mittit pecuniā lugdunū vel ad partes remotas vt taliter viuat relicta mercatura eſt q̄ſtio an hic modus viuendi ſit licitus ⁊ vt paulo altius repetamꝰ videamꝰ originem huius burſe ⁊ poterat ſic eſſe ſortes mercator egēs pecunia brugis acceſſit platonem mercatorē ꝓmittens ducenta vel tercenta pro bis mille ducatis plato ratione intereſſe iuſte hanc pecuniam leuauit ſimilē gratiā fecit ferdinandus gunſalo ⁊ alexander gabino ⁊ ſic creuit burſa ſemꝑ mercatores egētes faciūt iſtas proclamationes. Tunc ſic argumētor a habens bis mille ducatos mille ponit in merces ⁊ mittit in hiſpaniam ⁊ ſuperlucratur ducētos vel centum ducatos vltra expenſas labores et pericula dat platoni mutuo reliquos mille: ergo licebit ei accipere cētū ratione intereſſe ⁊ ſi hoc liceat ipſi a in parte licebit eidē in toto ⁊ idē ūdē ipſi b ⁊ ſi liceat hac vice pluries ſine ſtatu licebit vel da rationem ſtatus. dicis forte eiicit a ſe in ſudore vultus veſci pane ſuo vt in ſolutione precedentis argumēti diximꝰ ⁊ non bene deſeruit in corpore miſtico rex vigilat pro vtilitate cōmuni temporali ꝓ ſeruanda pace inter ſubditos et ad expellandos hoſtes epī pro ſpiritualibꝰ religioſi orāt mendicantes ſunt materia habende virtutis ab eis emit regnum celoꝝ mercatores deferūt merces ad pr̄iam ⁊ reipublice cōducunt iſti aūt ducunt dies in ocio. ¶ Contra hoc argumentor iſti prebēt fomentū deferendi merces de pr̄is ad patriā alii ſi non haberent pecuniam ab iſtis merces non trāſueherent cū crebro eis defuerint pecunie mercantes cum eis aſſequuntur lucrum alioquin nō caperent mutuum ab iſtis. Item da quomō campſores laborant plꝰ ꝗ̄ iſti. Itē de illo qui mittit famulos ſuos de patria in patriam ⁊ ipſe domi quieſcit. dicis habet ſollicitudinē reddendi emendi et tranſportandi ſic iſte habet ſollicitudinē rehabendi pecuniā reperire fidū mercatorē. ⁊ ſi iterdū mitteret merces ad patriam iam laborat. Inſuper quomō laborat dñs talis quolibet die non prohibito tranſiēs ad venandum non habēs vxorem et liberos omnē ſollicitudinē dans ſeneſcalo familie platoni ab eo nullū cōpotū recipiens iſte propterea non viuit in pctō. mercator iſte ſatis laborat domi circa vxorē ⁊ familiam regendā et ſic ſtat tota q̄ſtio ab exordio mota quare iſte mercator videns duas vias viuendi cuʒ ſua pecunia ſcʒ mercandi vel mutuādi ⁊ capiēdo ratione intereſſe relinquit priorē viam. ſcdē adherendo qꝛ ponitur ꝙ iſte intēdebat mercari ⁊ de facto mercatus fuiſſet ſi mutuariū nō reperiret dans ei rationem intereſſe. dicis forte nichil capit ratione intereſſe cū proponit vitam totā ſic tranſigere et nunꝗ̄ mercari. ſecus eſt de illo qui ſemel dat mutuū ⁊ ratione intereſſe capiens pecuniā intēdens alias mercari hoc non ſufficit qꝛ ponatur ꝙ de nunꝗ̄ mercari nichil cogitauit vel ſi cogitauit nō deliberauit et ceſpitat vtrinqʒ videt periculū ⁊ capitale hic interdū extinctū ob inopiā mutuatarii ſicut i mari vel ꝑ terram: ꝗ nichil probas cōtra illū qui nichil deliberauit: vel cōtra illū qui aliq̄s merces mittit ad mercandū qꝛ de facto nūc cum iſta pecunia ipſe mercaretur niſi virum reperiret qui pecuniā hanc quereret nec laceraret ſuā famā. patet qꝛ indiciū eſt ꝙ nō viſo ꝙ alius iſtū quererit ⁊ iſte nō aliū etiā aliq̄s licite volens mercari poteſt adire ſociū pecunia egētē dicendo ꝙ eſt paratus mercari: ſed ſi poſſet morā gerere alteri libens faciat dūmō det aliꝰ ratione intereſſe tantū quantū lucrari poterit: ſed ſi cōiter iſtud faceret eſſet de iſto vehemēs ꝓſumptio ꝙ nō intēderet mercari ſed ſub vmbra vſure id faceret: ſʒ nos po-

Notādū.

nimus ꝙ alius venit ad iſtū.dicis iſti ſic mutuātes
querunt et queruntur ꝓficiſcunt̄ in partes remotas
vel ad eas mittunt.cōtra dū hoc facis ſemꝑ eſt pa=
ratus mercari ſi virū egentē non reperiat cui vult
humane ſuā pecuniā mutuare in lucrū mutuatarii
ꝛ in lucrū proprium.Forte dicis in hiis vbi eſt inter
eſſe reqritur ꝙ mutuatoꝛ mauult vel ita libēter vult
mercari ſicut mutuare ꝛ non libentius modo iſte li
bentius vult mutuare ꝙ̄ mercari.Cōtra aūꝙ̄ ſup=
uenit mutuatari⁹ mutuatoꝛ erat idifferēs ad vtrūꝙ̄
ſed qn̄ dat mutuo illud libēti⁹ vult qꝛ in illā partez
deſcendit ſic eſt hic interdū nō valet dicere hic mo=
dus eſt ſecurioꝛ ꝙ̄ mercatura ꝛ ꝑ cōſequēs hoies ſi
iſtud licite fieri poteſt relinquēt mercaturā huic vie
adherēdo lucrū in terra eſt ſecurius ꝙ̄ in mari ꝛ tn̄
eſt licitū.nec ꝓpterea ſequit̄ ꝙ nulli ſunt mercato=
res eodē mō in propoſito iſte mod⁹ dandi pecuniā
ſic mercatores dilatat. Et iterū ſic argumētoꝛ ſint
ſex indita in anno vnū pro ianuario ꝛ februario lug
duni ſcꝫm pro duob⁹ menſib⁹ rothomagi ꝛ ſic ꝑ an=
nū tūc ſic ſortes pariſienſis intēdit viſitare oīa iſta
indita annue ꝛ ſic viuit ꝛ vixit annis octo vel decē
ꝑteritis ipſo volēte in ianuario adire lugdunū ſup
uenit plato petēs ſuos mille aureos quos volebat
exponere dans tantū lucri ſorti quātū lucraret̄ in il
lis inditis ſuper ſumpt⁹ diſcrimē ꝛ labores famuli
quē pro paruo cōputat dn̄s qꝛ domi deberet labo=
rare ſortes licite capit ſexaginta vltra ſortē veniat
cicero in ſcdis duobus menſibus.videt̄ ꝙ pōt tan=
tūdē caperet ſic a iohāne ꝛ ſi ſic toto hoc anno oib⁹
ſiūis futuris.dicis licet corā deo nō cōmittit vſurā
pant̄ ſuā famā corrodi ſub palliatione vſure qꝛ licꝫ
actū de ſe licitū fecit nō tn̄ licito mō.cōtra pōt iſte
declarare ſuā innocētiā aliis ꝛ eos nō ſcandaliſare
ſed iſtud non ſufficit non poteſt declarare tot quot
cognoſcunt ꝛ qn̄ declararet vix crederet̄ ꝛ merito
non deberet credi cū proponit hāc pecuniā ponere
in burſaꝫ cābii ꝛ nūꝙ̄ mercari repugnātia videtur
eſſe vi intereſſe qḋ leuat nō videt̄ ſufficere ad itereſ
ſe iſtud ſi non reperirē hanc viā mercarer ꝛ capio il
lud ratione lucri veriſilis hoc eſt lucri qḋ conſequi
poſſuꝫ requirit̄ ꝙ homo intēdat nūc in ꝑticlari mer
cari cū hac pecunia ad hoc ꝙ capiat lucrū ratione
intereſſe ꝛ ſic nō ſcirē clarificare caſū ab vſura hō
non poteſt leuare ratione intereſſe qui propoſitū va
guꝫ ꝛ vl̄e habet nō excuſatur ad mercandū reqrit̄
ꝙ nūc habeat propoſitū mercādi ꝛ ꝙ alter capiens
pecuniā eſt cauſa q̄re non dat ſe exequutioni mer=
candi/etiā ſuaꝫ famā lacerat ꝛ cōiter eſt vſura pal=
liata q̄rens alios vt det eis mutuo vt capiat pecu=
niā vltra ſortē vi itereſſe qꝛ mutuatoꝛ debet eſſe hu
ius cōditionis:ꝙ libenti⁹ vl̄ non min⁹ libēter mer=
cari intēdit ꝙ̄ mutuare ꝛ ſi ſic indubie iſte non pro=
ficiſceret̄ de vicino ad viciuū de vrbe in vrbē vt det
mutuo cū videt ſuā famā interi rodi quā nō vellet
pati pro parua pecunia oportet ergo ꝙ multo libē=
tius dat mutuo ꝙ̄ mercaretur ſi ego non intenderē
mercari hoc anno ſꝫ ſequēti nō poſſuꝫ anno preſen=
ti quicꝙ̄ capere ratione lucri veriſilis nec ſufficit
nūc mercarer ſi nullū reperirē volētē mutuo pecu
niaꝫ capere reqrit̄ ꝙ nunc vellet mercari ꝛ cū roga
tur ab alio cui cōdeſcendit ratione lucri capit vltra
ſortē nec ſufficit facere artē ſic ſemꝑ viuēdo qꝛ illa
via oēs ad te accedent.

Diſtin.decime quinte q̄ſtio vigeſima nona.

Queritur vigeſimo nono an liceat recipere
ad vſurā.Reſpondetur petens ad vſuraꝫ
duobus modis poteſt ſe habere vl̄ eſt ī ma Notabile
gna neceſſitate vel in neceſſitate ꝙ non habet ſuffi=
cienter pro ſuo ſtatu ꝛ eius familie vt manuteneat̄
vl̄ habet ſuperflua quo ad naturā ꝛ quo ad ſtatuꝫ.
primomō poteſt capere ad vſurā prudenter tn̄ ince
dat non petat ad vſurā qꝛ tā directā occaſionē vſu=
re prebet ſuo fratri ſꝫ petat mutuo vbi alter nō vult
dare niſi ad vſurā non conſentiat illi modo peten=
di ſed conſentiat in dādo modo dare vſuras nō eſt
illicitū licet ſit illicitū eas accipere ſicut dare rapto
ri pecuniā non eſt malū ſed nephas eſt eaꝫ hoc via
accipere poſſumus vti malo proximi ad bonū vt ia
cob vſ⁹ eſt iuramēto labā per ydola ad bonū.gen.
xxxi.ꝓ ſtabilimento poſteritatis ſue ſic iudas ma=
chabe⁹ cū romanis.i.machabeo.viii.ſolꝫ dari ana
logia in propoſito pulcra mulier ſcit vel ſcire debꝫ
ꝙ inceſſus eius per talē viam eſt cauſa ruine proxi=
mi ſi eat qn̄ iuſtā cauſā eundi habet puta ad eccl̄iaꝫ
vel forū facit qḋ debet non eſt vis ſi alter capit oc
caſionem pcti:ſed ſi iret qn̄ non haberet cauſaꝫ ra=
tionabilē vel cōptius ꝙ̄ deceat ipſa peccat ſic eſt de
capiente ad vſurā vbi ſi egeat pro ſe vl̄ familia vel
aliis piis cauſis et aliū habere non pōt non peccat
facit ꝙ iuſte facere poteſt ſi ſuꝑflua habeat hoc nō
licebit vbi cognoſcit ꝙ alter non dat niſi ad vſuraꝫ
non debꝫ eū adire ꝑberet ei occaſionē vſure ꝛ pcti
ſecus eſt vbi hn̄s ſuꝑflua adit aliquē quē non ſuſpi
cat̄ facile ꝓclinē ad vſuram ſicut pulcra mulier pu
dicū adit vbi non poteſt impudicum adire cognitū
talem egēs eſt cauſa occaſionalis pcti non tn̄ pro=
pterea peccat faciēs actū licitū ſicut reformās mi=
nores eſt cauſa occaſionalis multi eximunt ſe ab
obedientia ſuperioꝝ ꝛ in colluuiē ſordiū icidunt nō
tn̄ ſequitur ꝙ alii eos reformantes peccant ſed deo
preſtant obſequiū nec ſequitur accipere ad vſuram
eſt pctm̄:ḡ dare ad vſurā eſt peccatū licet nemo ac
cipit ad vſurā niſi aliquis ad vſurā dat ſicut non ſe
quitur pater eſt peccatoꝛ actu malus vel alb⁹:ḡ ta
lis eſt filius.ſi dicas bene ſequitur:ſortes dat plato
ni lucrū vltra ſortē vi mutui:ḡ plato accipit lucruꝫ
vltra ſortem vi mutui:antecedens eſt licitū ꝛ licite
volitum ergo et cōſequens:ꝓoꝛ cōſequētia eſt bōa
nemo accipit nolens vel nō volēs:ſed nego iſtā cō=
ſequentiam aūs eſt volitū:ḡ ꝛ conſequēs ꝑ locuꝫ a
cōiter accidētibus ꝛ ſequit̄.dioniſi⁹ tirann⁹ eſt rex
ḡ parū quietis habet antecedēs eſt volitū ꝛ non cō
ſequens.patet manifeſtius ſortes eſt in luto ꝓ cen=
tum ſollidis:ergo ſortes eſt in luto:aūs eſt volituꝫ
ꝛ non conſequeſ.s.ex iſtis poſſunt ſolui multi alii ca

ſus ſpeciales dūmō eſt oculus ad intereſſe vt petrꝰ tenetur ſoluere iohanni in fine vniꝰ anni centū aureos iohannes egens nunc .xcv. petit in promptu remittens petro reliquam partem puta quinqꝫ ratione intereſſe licitū eſt hoc petro ſemꝑ ſuppoſito q mauult dare centū in fine termini vel ita libēter vult ſicut nunc .xcv. et eodē mō petrus debet niniano centum aureos ninianus non potens habere in promptu vendit michi ius illorum centum ſcutoꝝ .xcv. ſcutis ⁊ ſic poſſum ratione intereſſe mei.

¶ Diſtin. decime quinte queſtio triceſima.

Rotādū. Circa hanc diſtinctionē triceſimā quero an aliquis poteſt vendere vſurario aliquid et an tenetur reſtituere lucrū vſure. capio po teſt in titulo queſtionis ſicut dicimꝰ hoc poſſum qd̄ iure poſſuꝫ pro illo ſupponant̄ duo modi dicēdi va rii quorū prior tenet vſurariꝰ non habet dn̄ū lucri vſurarii: ſed ipſe dās pecuniam mutuatariꝰ eſt verus dominꝰ illius lucri: ⁊ hec poſitio apparet michi rationabilior ⁊ pro ea argumentor. nullo titulo vſurarius incipit habere dn̄ū illius lucri non donatione abſoluta non emptione ⁊ ita de aliis iuſtis titulis acquirendi dn̄ia ille non eſt iuſtus titulꝰ ꝑ mutuuꝫ forte dicis licet cōtractus ſit prohibitꝰ .luce. vj. nō tn̄ irritatur acq̄ſitio dn̄ii. Propterea ſc̄do argumētor. nullus habet verū dn̄ū in re q̄ꝫ iniuſte tenet per tempus ⁊ inſtans vnde verū eſt q mutuatariꝰ tenetur reſtituere mutuū cuius habet verū dn̄ū tn̄ licite tenet ipſuꝫ per tempus vſurarius nec licite tenet lucrū per inſtans vel tēpus ſicut fur vel latro etiaꝫ tenendo aliorum poſitionem vſurarius tenet̄ reſtituere lucrum ambe poſitiones in hoc conueniunt. Sc̄da poſitio diceret vſurariū non obligatū reſtituere idē lucrū numero ⁊ poteſt illud alienare cū eſt eius ſicut mutuū eſt mutuatarii. Prior poſitio diceret vſurariū deuinctuꝫ reſtituere idē numero ſicut fur tenetur reſtituere rem furtiuā ⁊ non poteſt eam alienare ⁊ ſic non poteſt q̄s vendere vſurario aliq̄d habenti ſolū vſure lucrū ⁊ cognito tali dato etiam q relinqueret ita potentem ad ſatiſfaciendū creditori. patet. conſentit q aliꝰ contractat rem alienaꝫ inuito dn̄o vt de fure. ergo male agit compares vſurariū huic furi nichil habēti niſi rem furtiuaꝫ vbi lucrum eſt pecunia poteſt homo ei vēdere vt de fure ſi ſortes furatus eſt decē aureos quos neuī furto ablatos poſſum dare ei equū ꝓ illis decē dūmō vſurarius manet potēs vel fur ad reſtituendū ⁊ hic eſt cauſa q2 mutuatariꝰ vel ille a quo fur hanc pecuniā accepit eſt contentꝰ vel eſſe debet ſufficit ei habere alios decem ſil'es aureos inter aureū bonum ⁊ bonū eiuſdē ſignature nō eſt diſcrimē. ſecus eſt in aliis rebus mobilibus vel imobilibus vn̄ ſummati non licet ei vendere vel ab eo capere elemoſinā donum vel aliū contractū facere gr̄a cuius iſte reddetur īpotentior ad ſoluendū. Si dicas eccl'ia accipit a iudeis nichil habentibus niſi de vſura decimas ꝑdiales. ꝓbat̄ extra de decis terraꝝ. dicit̄ q capit illud q alias eſt ſuuꝫ ſi quis furaretur omnes fructꝰ huius arpenti eccl'ia capit decimam nō quia eſt res furtiua: ſed ſibi alias debita. Sed dicis ponamus iſaac iudeū qui nichil habet niſi rem vſurariam et non pecuniam nū quid poſſum vendere ei victualia ſi ſum conſcius rei non poſſum q2 caperē alienū inuito dn̄o ſꝫ vbi veniret ad extremā inopiā teneor ei donare ¶ Iſtis prelibatis ponit̄ concluſio. Vſurariꝰ tenetur reſtituere lucrum qd̄ capit per vſuram ꝯcluſio patet de vſuris cum tu et tua nos nō modo vſurarius tenetur reſtituere hoc lucrū ſed illud refundere tenetur qd̄ interim mutuator lucrari poterat mercando. ¶ Contra hanc cōcluſionē argumētor de vſura mentali ſortes dat mutuanti vltra ſortem aliq̄d timēs offendere mutuantē vel vt ei det mutuo alias in iſto caſu plato dans mutuo nō tenet̄ reſtituere captū vltra ſortē cū liberali dono illud accipit. ¶ Confirmat̄ hoc dupl'r q heredes non tenentur reſtituere ⁊ hoc dupliciter. Tū primo ponatur q ſortes relinq̄t duobꝰ heredibus platoni ⁊ ciceroni mille ſcuta quoꝝ centum vſura acquiruntur ⁊ cicero ſit in non ſoluendo iam plato non tenetur reſtituere centum ꝓpter inopiam platonis: ḡ heredes non tenentur reſtituere. Tum ſecundo relinq̄t a tribus heredibus b c ⁊ d vaſa argentea e f ⁊ g heredibus ſic ſcꝫ q d vas ſit lucrū vſure qd̄ habet g ⁊ nichil aliud iam g non tenetur reſtituere d totaliter nec e ⁊ f igit̄. Reſpondet̄ vel ſortes dat platoni vero dono ⁊ hoc platoni conſtiterit plato pōt licite capere nec tenet̄ illud reſtituere q̄ſi ſortes poſtea diceret eum nunq̄ꝫ illud cōtuliſſe q̄re plus credit̄ ei nūc q̄ꝫ a principio tunc illa res eſt ſimpliciter platonis qui nō eſt deterioris cōditionis ad recipiendū donū q̄ꝫ ille qui nichil mutuauit vel ſortes non dat libere ſed ne offendat platonē et eſt veriſimile platoni q ſortes liberaliter illud dat tūc licite illud tenet licet ſit alienū ad titulū donationis requirit̄ ita bn̄ libera collatio donatoris ſicut acceptio donatarii ſꝫ ignorantia inuincibilis excuſat platonē quēadmodū de illo qui dat michi equum furtiuum quē credo eſſe iſtius dantis vel dare preſumentis hic ſum poſſeſſor bone fidei qd̄ michi ſufficit vel ſortes dat coacte platoni munꝰ illud et hoc platoni cōſtiterit vel eſt veroſimile tenetur reſtituere vel ſortes libere dat platoni ſed plato non vult illud recipere vt donū ſed alia via ratione mutui et tunc plato tenetur reſtituere libera collatio collatoris non ſufficit requiritur q donatarius illa via velit recipere ſed ſi hoc platoni poſtea conſtiterit ⁊ mutet propoſitū volens capere iuſte illud tenet quēadmodū aliquis ad me mitteret vnū pallafredū ⁊ in itinere illū clanculū accipio ſub nomine furti equus hoc modo nō incipit eſſe meus ſed ſi plato conſentiat in liberam acceptionem per donum poſtea ſed tunc diſſentit ſortes ita q non ſimul cōſentiant non eſt donatio. Ad aliud apparet q plato tenet̄ reſtituere integra centum cum omnia bona relicta ab vſurario obligata manebunt. Ad aliud dicitur q omnes filii tenebuntur conuenire inter ſe et q̄libet dabit pro ſua rata ⁊

vas ipſum tradet mutuatario cū manerem in ꝓpa
forma vt de pecunia furtiua contingit.

¶ Diſtin.decime quinte q̄ſtio trigeſima p̄ma.

Circa hanc diſtinctionē decimā quintā tri=
geſimo primo queritur an mercatura ſit li
cita. Pro ſolutione queſtionis pono con=
cluſiones. ¶ Mercatura eſt licita. probatur cōclu=
prima ɔ°. ſio cadit ſuper obiectū debitū intētio poteſt eſſe re=
cta ſcʒ prouidere patrie de mercātiis que habentur
in alia patria deferre ad ſuam ⁊ econuerſo/et licet
actualiter intendat ſibi ſuccurrere ⁊ ſue familie de
Forte dicis eccleſiā hoc tollerare tanꝗ̄ minus malum ne deterius contingat cuꝫ coacta matrimonia ſolent hr̄e malos exitus cui lr̄a ſatis applaudit cōtra exemplū de ſocietate non currit cū hoc cū ſine peccato ſocii per mutuū diſſenſum poſſunt reſilire videtur etiā ꝙ ille cui aliqua promiſſio eſt facta poteſt remittere promiſſionē. dicis nō eſſe oīno ſile puta ad peccare vel nō peccare bene tū quo ad hoc ꝙ eſt ſolui fateor potes ſic dicere ſed oppoſitū videtur rationabilius multis alus modis pñt abſolui ſpōſalia vt per notabilē infirmitatē leprā paraliſim de iureiurādo. c. quēadmodū. et de coniugio leproſoꝝ. c. litteras. qñ alter fornicatur poſt ſpōſalia male preſumitur ꝙ ſeruabit fidē in poſteꝝ: vel qñ diu altera perſona vadit in rēotas partes extra de ſpō. de illis autē dicis in iſtis promiſſionibus proferūt ꝓpōes fl'as de futuro q̄ nunꝗ̄ aliquas de preſenti veras habebunt: ergo mentiuntur ꝯñā eſt nulla proferre fl'm eſt impertinens mendatio aſſentiunt promiſſioni cū promittunt: patet de ap̄lo promittente viſitare hiſpanos in epiſtola ad romanos in fine.

¶ Diſtinctionis vigeſime ſeptime queſtio quarta.

Circa eandem diſtictionē quarto quero an licet diſpenſare cū bigamo. Pro ſolutiōe queſtionis notabis Bigamus dicitur a bis et gamus mulier quaſi binas habens vxores ſicut monogamus vnius vxoris vir bigāmia ſex modis contrahitur non ponēdo diſcrimen inter bigamiaꝫ verā vel iterpretatiuā: primo cū quis habuerit ſucceſſiue duas vxores legittias et quamlibet earū cognouit. xxiij. q. viii. c. acutus. Scđo qñ variis tpībus quis habuerit duas vxores vnā de iure aliā de facto. de big. nuper. Tertio qñ quis hꝫ plures vxores ſimul vnā de iure/alteram de facto cognitas. Quarto qñ contrahitur cum vidua et quelibet corrupta vocatur vidua: qđ patet ſi cōtineat meretrix ipſa eſt caſta non caſtitate cōiugali nec virginali ergo viduali: qđ ibi ſit bigamia. xxxiij. d. c. maritum. et extra de biga. c. debitū. Quinto qñ cognoſcitur propria vxor cū ipſa eſt cognita ab alio. xxxiij. d. ſi cuius. Sexto qñ poſt votum ſollēne continentie cōtrahitur de facto lꝫ non poſſit de iure. xxj. q. j. quot quot. Quo ſit concubinarius cū vna vel pluribꝰ in ſacris vel non ſacris regulariter vel ſeculariter nūꝗ̄ ſit bigamus cū non eſt matrionium exiſtens nec apparens hoc eſt nec verū nec preſumptū. extra eodē. c. penulti. nemo eſt iudicandus bigamꝰ niſi vbi eſt expreſſe repertū de ſpon. cū apud. Scđo patet: velle cognoſcere plures vxoratas niſi ſequatur effectus non arguit bigamiā. Tertio patet: vnū cogṅſcere plures non arguit bigamiā: patet cognoſcendo nō vxores ſuas. Quarto patet: quis per eundeꝫ actum incurrit bigamiā et contrahit matrimoniuꝫ patet poſt ſponſalia de futuro cognoſcendo viduā actu maritali. Quinto pꝫ maior bigamia venit ex ꝑte mulieris ꝗ̄ ex ꝑte viri lꝫ ſolꝰ vir bigamꝰ noiet. ¶ His ꝑnotatis concluſiue r̄ñdet: romanus pontifex poteſt diſpēſare cū bigamo vt ꝯſcēdat ad ordines. Scđa ꝯº: non lꝫ bigamo cape ordines ſine diſpenſatione. i. peccat capiēdo. ¶ Tertia ꝯº: baptiſmus non tollit bigamiā. Prima concluſio ꝓbatur in quolꝫ iure poſitiuo pure hūano poteſt maximus pontifex diſpenſare: ſꝫ ſic eſt de ꝓmotione bigami qđ pꝫ: non eſt plꝰ contra ius nature ꝙ bigamꝰ promoueat̄ ꝗ̄ ꝙ monagomꝰ nec ꝑncipiū practicū cuius dēs ex terminis nec concluſio inde deducibilis nec contra ius diuinū vt dicet̄ in ſolutione vniꝰ argumenti. h pꝫ. l. d. c. ꝗcunꝗ̄ penitens. Scđa concluſio pꝫ ex. de biga. c. de bigamis. ꝗlꝫ ꝑ bigamiaꝫ efficit̄ irregularis. xxxiij. d. c. maritū. xxxiij. d. c. cognſcamꝰ et. c. ſeq̄nti. ibi eſt defectꝰ vniꝰ ſacramēti xp̄s vnicꝰ vnice eccl'ie ꝯ̄ſilt. xxvj. d. acutꝰ ꝓpter ſuſpitionem future incōtinētie. lxxxii. d. ꝓpoſuiſti. in fine talis non pōt eē orator caſtitatis. xxvi. d. vna. §. bigamꝰ. ¶ Tertia ꝯº pꝫ. xxxiiii. d. c. ſi q̄s viduā. xxvi. d. acutus. ⁊. c. vna. xxviii. q. iii. acutꝰ. h cōiter reliquit modꝰ bti hiero. ¶ Cōtra ꝑmā concluſionē ar̄ ſic: nō licet romano potifici diſpēſare ꝯ̄ ius diuinū ſed bigamū ꝓmoueri ad ordies eſt contra ius diuinū. j. ad thiothe. iii. oꝫ ep̄m eē irreꝑhenſibilē vniꝰ vxoris viꝝ. ꝗ̄ bigamꝰ prohibet̄ promoueri ad ordines. ¶ Inſuꝑ contra ſcđam concluſionē argumētor: q̄ duxit mulierē neſcit an eſt virgo freq̄nter hꝫ corruptā putās habere caſtā: ꝗ̄ ꝑiculoſū eſt talibꝰ conſcēdere ad ordines neſcitur an ſint bigami. Ad primum concedo de reuocatione pōt tū interpretari

caſum ambiguū in iure diuino in quo ſenſu debeat
intelligi et exponere vnum paſſum per alium aucto
ritatiue: ſed reuocare non poteſt inferior legem ſu=
perioris ſed hic non eſt prohibitio de iure diuino a=
poſtolus multa conſulit a ſeipſo vt patet prime co
rinthyorum ſeptimo. dico ego non dn̄s in propoſi=
to a ſeipſo conſulit vt patet per illa que ſibi cōtextu
ꝓhibētur q̄ cōſtat eē prohibitiōes hūanas nō vino
lentum non percuſſorē et tales nō prohibentur de
iure diuino vt liquet: igitur. ¶ Sed contra illud ar
gumentor extra de bigamis capitulo ſcdo dicitur
non licet diſpenſare cum bigamo quia hoc eſſet cō
tra apoſtolum. dico ꝙ hoc ſcripſit romanus ponti=
fex inferior: patet de lucio tertio: illud capitulū di=
rigente ad ſpalenſem archiepiſcopuꝫ: etiam hoc po
nitur propter difficultatem que ponitur in diſpen=
ſatione raro diſpenſatur lucius tamen diſpenſauit
cum pannormitano ep̄o nec hoc eſt proprie contra
apl'm diſpenſare ſed ſolum contra verba apoſtoli
vbi eſt rationabilis cauſa diſpēſandi annueret apo=
ſtolus diſpenſationi cum maximo pontifice ſpalēſi
archiep̄o non eſt data facultas hoc faciendi ⁊ ſic vo
cauit lucius hoc eē cōtra apl'm. Forte cā diſpenſan
di non valuit et ſic contra apl'm: etiam ei non erat h̄
cōmiſſum licet cauſa erat rationabilis lucius dicit
in cap'lo ſuper de bigamis ꝙ homines ſunt ſpolian
di ordinibus intelligatur ab exequutiōe ordīcs col
lati auferri non poſſunt a maximo pontifice nec ab
alio viatore: quando papa diſpenſat cum bigamo
non facit ꝙ nunꝙ̄ fuerit bigamus ſed tollit il=
lam irregularitatem canonicam. ex iſto patet mul=
ta ſuperflua recitat et ponit gloſa in capitulo ſuper
de bigamis. Ad ſecundum dico ſufficere ꝙ vir pu
tet ſuam vxorem eſſe virginem quando eam ducit
nec conſtat ei certitudinaliter an vxor eius eſt caſta
caſtitate coniugali t̄pe matrimonii ſufficit ei neſcire
de oppoſito eſto ꝙ fama paucorum de ea male lo=
quatur: multi multa loquuntur: non debet promo=
uendus facere explorationem an vxor eius eſt pu=
dica. ¶ Ex iſto ſequuntur propoſitiones.
¶ Prima eſt: pleriqꝫ ſunt bigami vel formaliter v'l
interpretatiue credunt ſe monaganos. ¶ Secūdo
ſequitur ꝙ aliqui bigami promouentur ad ordines
ſine diſpenſatione: patet de illo qui non credit ſe eſ
ſe bigamum nec habet motiuum ſufficiens creden
di. ¶ Tertio ſequitur: aliquis impeditur ab ordini
bus ſine culpa eius propter impudicitiam vxoris
ſed nō ſine cauſa.

¶ Diſtinctionis vigeſime octaue queſtio prima.

PRimo queritur circa diſtinctionem viceſi
mam octauam an carnalis copula cū ſpō=
ſalibus cauſet matrimonium. Reſpōdeo
per concluſiones. ¶ Prima: carnalis copula ante
ſponſalia nec cauſat matrimonium verum nec pre
ſumptum: ꝙ non verum clarum eſt: ꝙ nec preſum=
ptum patet: nunꝙ̄ preſumitur datio mutua corpo=
rum per ſolam carnalem copulaꝫ q2 ſi ſic inter om
nes perſonas abiles inter quas eſſet carnalis copu
la eſſet matrimonium preſumptum quod eſt falſū

ſponſalia ſequentia ſolum indicant conſenſum de
futuro. ¶ Secūda concluſio: carnalis copula poſt
ſponſalia ſi aſſit conſenſus mutuus facit matrimo=
nium: patet ibi eſt conſenſus mutuus ſufficiēter ex
plicatus quia per precedentia verba cum copula p̄
ſentialiter que ſufficienter indicant conſenſum pre
ſentialem. ¶ Tertia cōcluſio: carnalis copula poſt
ſpōſalia ſiue aſſit cōſenſus matrimonialis ſiue nō/
cauſat matrimoniū preſumptum eccleſia preſumit
in meliorē partē ꝙ nolunt fornicari cū poſſunt ſe co
gnoſcere affectu maritali et dato ꝙ peccarent ante
matrimoniū in facie eccleſie in illo actu tamen pec
catū erit multo minus non inconuenit virū pecca=
re cū propria muliere. Confirmatur matrimoniuꝫ
quod eſt preſumptū nullū non cauſat impedimētū
matrionio ſequenti: ſed carnalis copula poſt verba
de futuro preſtat ipedimentuꝫ matrionio ſequenti
contra ꝙ etiā nō admittatur: probatio patet de ſpō
ſali. bis qui fidē. igitur. ¶ Contra predicta argui=
tur: carnalis copula non cauſat matrioniū verū nec
preſūptuꝫ nec ſola verba de futuro. ergo nec ēt ag=
gregatū ſed negas conſequentiā ſolus conſenſus
vnius explicatus per verba non cauſat matrimoni
um nec ſolus alterius ſed illi ſimul ſumpti cauſant
matrimonium etiam ſola verba ſine conſenſu non
cauſant nec ſolus conſenſus ſine ſignis exteriori=
bus ſed illa ſimul conflata cauſant. Contra ſi ſor=
tes contraxit cū vna filiaꝝ titii et poſtea vnā earuꝫ
cognoſceret ſequeretur ꝙ eſſet matrimoniū preſū
ptū: patet poſt ſponſalia: ſed hoc eſt falſuꝫ equa eſt
ratio cū om̄ibus cū non magis determinate contra
xit cū vna q̄ꝫ cū alia. Preterea carnalis copula an
te ſponſalia et poſt ſponſalia equiualent ſicut duca
tus et ſcutū equiualent ſcuto et ducato: ſed carna=
lis copula ante ſponſalia non cauſat matrioniū. er
go nec poſt ſponſalia cauſabit verū vel preſumptū
Ad primū ſufficienter reſponſuꝫ eſt inter arguēdū
vſqꝫ ad illud punctuꝫ ꝙ cognoſcat vnā filiarū titii:
dicitur erit preſūptuꝫ matrioniuꝫ cū illa: ſed ſi poſt
verba de futuro quis aliquā cognoſcens et nō con
ſentiens in eā tanꝙ̄ in vxorem poſtea ducat aliā ſe=
cunda eſt vera vxor eius: qd̄ patet: vtraqꝫ eſt perſo
na abilis et conſentiunt mutuo per ſigna exteriora
vt ſuperius diximus de ficte contrahente. interduꝫ
preſumptio attenuatur inter perſonas inequales vt
ſi nobilis poſt ſpōſalia clandeſtina repētine cogno=
ſcat pauperē mulierē preſumitur ꝙ hoc fecerit pro
explenda libidine eccleſia non vtitur maxio rigore
in illo caſu tñ poteſt illuꝫ excōicare et cōpellere per
legem cōem adherere mulieri quā cognouit: caue=
ant propterea tales mulieres preſumitur male de
eis ꝙ hoc faciunt allecte libidine et ꝙ alter non cō=
ſentit et quecunqꝫ fuerit mulier nō magnā opinio=
nē habebit maritus de ea in poſterum. Ad ſecun=
dum argumentū patet nō eſſe ſimile ex predictis.
Si dicas niſus copule non ſufficit vt pontifex dicit
in capitulo prefato: et tñ eccleſia debet preſumere ī
meliorē partē ꝙ voluit cognoſcere affectu vxorio ⁊
non fornicari. ¶ Reſpondeo per niſum copule nul=

la eſt ꝑſuppoſitio ꝓſumitur alterius diſſenſꝰ ⁊ ma=
trimoniū nō claudicat vno pede. At dicis cū requi
ratur cōſenſꝰ mutuus nemo pōt eſſe certus de con
ſenſu alterius: ergo nemo pōt ſcire an eſt verū ma=
trimoniū. Rñdeo certitudo moralis ex rudibꝰ cō=
lecturis ꝓcedit in propoſito viro ſufficit ꝙ ipſe cō=
ſentit ⁊ mulier dicat ſe cōſentire nec ei cōſtat de op
poſito ⁊ dato ꝙ ipſa dicat in lapſu temporis ſe non
cōſenſiſſe a pricipio nec nunc nulla eſt adhibenda fi
des nec vir adulteratur vł fornicat̄ ꝓpter diſſenſuꝫ
mulieris imo facit actū caſtitatis cōiugalis dato ꝙ
alia nō ſit vxor eiꝰ q̄ diſſentit ſufficit ad hoc ꝙ cre
dat ſufficiēter aliā eſſe vxorē eius vocādo ſuū actū
fornicationē dabis fornicationē ſimplicē meritoriā
cōtra modū loquendi pꝛm: ſed mulier fornicat̄ que
nūq̄ꝫ conſenſit nec incōuenit per eundē actū exte=
riorē virū caſtitatis actum facere ⁊ mulierē actū lu
xurie ſi mulier ſemel conſenſit ⁊ nūc diſſentit iā eſt
verū matrimoniū ſi mulier nūq̄ꝫ cōſenſit nec diſſen
ſit hoc vix cōtingit tamen illo admiſſo non eſt ma=
trimonium.

Diſtinctionis vigeſime octaue queſtio ſcḋa.

Queritur ſcḋo vtrū conſenſus cōditionatꝰ
de pn̄ti ſufficiat ad matrimoniū. Reſpō
detur duplex eſt cōditio: quedā repugnās
bonis matrimonii vt in diſtinctione precedēti dictū
eſt ⁊ illa cōtractū vitiat. alia eſt ꝯditio nō repugnās
⁊ illa eſt multiplex: q̄dā de pn̄ti ⁊ tūc extante cōdi=
tione eſt matrimoniū idē eſt ſi cōditio ſit poſita in p̄
teritūꝫ ſi ſit de futuro neceſſaria idē eſt dicere capio
te ſi ſol orietur cras non videtur requiri neceſſitas
ſimpliciter dicta: ſꝫ neceſſitas iēuitabilis naturali=
ter: dato ꝙ deus de potentia poteſt ipedire ortū ſo
lis cras: cōditio ipoſſibilis erit pro nō adiecta: ſi cō
ditio fuerit cōtingens in futurū nō ſufficit ad ma=
trimoniū. dixi contingēs futurū ꝓpter cōtingēs p̄=
ſens qḋ eſt cōtingēs in iſtanti vel tēpore in quo eſt.
quo fit aliquis conſenſus cōditionatꝰ eſt certus ali
quis incertus. Sed ponis ꝙ ſortes contrahit ſub
hac forma capio te in vxorē ſi pr̄i tuo placeat ⁊ pr̄i
placet interim an eſt matrimoniū: dicit̄ ꝙ oportet ꝙ
eis cōſtat de certitudine cōditionis nō ſufficit. Sꝫ
hic dubitatur cū aliqua verba ſonāt pro ſponſalibꝰ
aliqua pro matrimonio vt volo te capere in vxorē
quō ponemꝰ diſcrimē. Reſpōdetur oportet ire ad
naturā contractus plus q̄ꝫ ad verba oportet vide=
re an ex mō faciendi volebāt cōtrahere ſpōſalia vł
matrimoniū ⁊ ad modū loquēdi cōmunē ſi ſortes
dicat capio te in meā ⁊ berta rurſus capio te i meū
cogent̄ ſtare matrimonialiter eſto ꝙ berta dixit ſe
intellexiſſe ſubſtātiuū ſeruū ⁊ ſortes ancillā. Se
cundo dubitatur quare ſeptē anni ſufficiunt ꝓ ſpō=
ſalibus viroꝝ ⁊ mulierū quattuordeci requirūtur
in viro quo ad matrimoniū ⁊ duodeci anni ad mu=
lieres. Reſpondet̄ ambo ferme ſimul incipiunt
vti ratione nō valēt ſponſalia ante ſeptēniū de ſpō
ſali. ipuberū lr̄as in qua duēnio vł quīquēnio nichil
ſit de ſpon. ſi iſantes li. vj. nuptiei mare añ. xiiij. an
nos nō tenēt in femia añ. xij. niſi malicia suppleat
etatē malicia ſupplet etatē qñ ex cōplexione indi=
uiduali huic cōpetit gn̄ari qḋ non cōpetit aliis ſm
legē cōmunē ſalomō genuit roboā añ vndecimum
annū beatꝰ gregorius narrat in libro dialogoꝝ ꝙ
aliquis in nono anno ipregnauit nutricē: licet aliq̄
vt de lira hoc nō credant de ſalomone ſed coꝝ ra=
tio eſt nulla hoc beatꝰ hieronimꝰ tenuit ad vitaleꝫ
preſbiterū. Albertus dicit ſe vidiſſe puellā nouē an
noꝝ cōcepiſſe ⁊ peperiſſe i decimo anno. ⁊ iacobus
de forliuio fen prima doctrina quita pmi canonis
dicit ꝙ quidā fide dignus marſilius de ſctā ſophia
ſe vidiſſe papie puellam pregnantem que erat pre=
ciſe annoꝝ octo quare ſic nō poterit eſſe de viro. ſꝫ
queris qḋ cauſe eſt ꝙ mulier viro frigidior eſt viri
potēs ante virū ꝙ ſit frigidior. patet. ipſa raro pati
tur fluxū ſanguinis emoroidaꝝ. pꝫ. iij. de partibus
aialiū ⁊. j. de generatione. cōſidē dicitur parti loco
mala herba cito creſcit. patet de cecuta zizania / vrti
ca ⁊ ceteris id genus bona lēte matureſcit vł tenen
do ꝙ mulier nō concurrit actiue ad gn̄ationeꝫ ꝓlis
ipſa habet matricē ⁊ cetera diſpoſita ad ſuſceptio=
neꝫ ꝓlis añq̄ꝫ vir mulierē cognoſcere poteſt. tertio
cū vir pōt gn̄are poſtq̄ꝫ mulier deſinit parere natu=
ra preuidet mulieri vt ipſa pere poteſt añq̄ꝫ vir gn̄a=
re incipiat vñ vir vſq̄ꝫ ad ſeptuageſimū annū gn̄rat
⁊ nō vltra contingēs rariſſimū eſt de miſmiſſa rege
inundaꝝ qui cētesimo vite ſue anno genuit mulier
nō pit vltra quinq̄geſimū ariſtoteles tñ habuit aliū
modū opinandi. vij. politicoꝝ: a legibus ceſariis ⁊
iure pontificio ⁊ non abſonū ꝙ mulier i decio octa=
uo ⁊ vir i trigeſimo ſexto tradatur nuptui vt ſimul
deſinat ille gn̄are ⁊ illa parē etiā in iuuenili etate fe
tus genitus eſt debilis ⁊ nimis parū etatis inter pa
trē ⁊ filiū ⁊ nimis plures i patria ſterili generantur
At forte dicis pigmei gn̄rant in quito anno ⁊ ſene=
ſcūt i octauo ergo leges non ſufficiunt oībus. In=
ſuper homines minꝰ ⁊ minꝰ viuūt. patet incipiēdo
a geneſi ⁊ ꝓſequendo hiſtorias: ergo tādē vł deerit
homines ad gn̄andū vel generabūt añ decimū q̄r
tuꝫ annū. Ad primū forte negas pigmeos et ꝓter
rationē. viij. de aialibus. dicit auicēna pigmei ſunt
vnius cubiti ⁊ pugnant cōtra grues nec hoc eſt ali=
quod mēdatiū de ebano dicit ſe aliquos coꝝ vidiſ=
ſe. patet decima ꝑticula probleumatū totꝰ mūdus
hoc cōfitet̄ ſi nō credas locū eſſe vbi nō fuiſti quo=
modo aſſentis alexandriā eſſe in egipto hoc patet
apud ariſtotelē. vij. de hiſtoriis aialiuꝫ pigmei non
ſunt hoīes ſed bruta nobiſcū plus cōueniētia q̄ꝫ plu
ra alia vt de ſimia cōtingit nec verecundiā honeſta
tem vel iuſticiā habēt loq̄lā imperfectā dicunt̄ ha=
bere hominibꝰ ſatis vicinā. Ad ſecundū argumen=
tū nego ꝙ ſemper minꝰ ⁊ minꝰ vt argumentū ima
ginatur neſcitur an alii hoīes de quibꝰ ſacre hiſto=
rie nō loquuntur ita diu viuūt ſicut illi de quibꝰ lo=
quunt̄ ⁊ iſti erant ſupernaturaliter ꝯſeruati ⁊ appa=
ret ꝙ ſic ⁊ hoc dicere oportebit de enoch ⁊ helia teſ
bite homines a principio poterant cōiter plus viue

re q̄ nunc viuant primi parentes erant creati eru=
diti homines tūc temperate vixerunt homines pro
pter aſpectū celi i aliquibus ptibus diutius viuunt
q̄ i aliis memorie pditū eſt ppterea bonū eſſe occi
dere pſem in triualis.Strab⁹.xv.li.dicit Indos
cxxx.et feres ducētos viuere auēzoar cognomēto
ſapiens teſte cōmētatore i colliget ppt medicine gl
tiā vixit cētū ⁊ triginta annos epunenides centum
quīquaginta terentia ciceronis ſeptē ſupra centuz
pleroſq; alios facile eſt citare i mediū q̄ diu vixerūt
poſt hiſtoriā geneſeos tertiā ⁊ quartā etatē nūquid
a bis mille annis preteritis reputabat bona etas ha
bere octuagita annos imo ſeptuaginta ⁊ p optime
cōplexionatis octuaginta ⁊ vlterior vita eſſet labor
⁊ dolor.patet per regiū pphetā.pſal.lxxxix.canen
tē anni noſtri ſicut aranea meditabuntur dies anno
ruz noſtrorū in ipis.lxx.annis.Si autē in potētatib⁹
octoginta anni ⁊ amplius eorū labor ⁊ dolor hoies
adhuc ita diu viuūt nō eſt deflendū de annoruz con
gerie ſed mala vita.

Diſtinctionis vigeſime none queſtio vnica.

Circa diſtinctionē vigeſimā nonā quero an
cōſenſus coactus ſufficiat ad matrimoniū
ſupponam⁹ aliqua q̄ alias explicātur luci=
dius q voluntas nō poteſt cogi nec ad ei⁹ actū eli=
citum nec ad actū imꝑatuz ſi quis quēpiā mea ma
nu percutiat illa percuſſio nō eſt a me impata ſed a
mouēte manū pōt tñ voluntas induci ad aliqua per
penas vel blandicias ita q cōſentiat ⁊ actuz eliciat
qui eū nō haberet ſi ſibi eſſet relicta.patet de abſci
dente pedē ne inficiat reliquū corpus.patet de pii=
ciente merces in mare ad exonerandaz naui nimis
refertā tēpore picli incūbētis hic eſt voluntarium
alicui nolito i mixtū vt patet.iij.ethicorū:ſʒ plus eſt
de voluntario q̄ nolito vt dicit ariſtoteles cū mer=
cator res proprias eiicit cuius actus voluntatis im
perat mēbris naui euacuare vocabim⁹ coactionez
inductionē ad aliquod ſiue per metū vt in exēplo
tacto ſiue per blandicias.Supponatur vlteri⁹ du=
plex eſt metus quidā cadens i cōſtantē virū per vi=
rū etiā mulierē cōplectimur eorū alique pleriſq; vi=
ris i animoſitate pſtabāt vt tonuris pantaſilea ſimi
ramis.Alius eſt metus cadens in iconſtantē viruz
id eſt metus leuis ⁊ floccipendēdus cōſtans ab in=
conſtante ſecernitur q: cōſtas ſequit rectā ratione
per quā ſcit quid pro quo ſit faciēdū vel omittēdū
ſe elongat a magis malo ⁊ adheret minori malo pe
ne qñ ſeparat a culpa.ſcdo quātū ad eſtimationē pi
culi leue piculū aſpernatur ⁊ nō mouet. quo fit con
ſtans pro nullo puro malo pene eligit culpā magna
mala pene p noſtro caſu i hoc carmine includūtur
Stuprū ſine ſtatus verberū atq; necis h̄ eſt perde=
re caſtitatē.Suſanna maluit pdere vitā ⁊ lapidari
q̄ caſtitatē culpabiliter amittere incurrere ſeruitu=
tē grauis verbera vel mortē .Hillis i epitemate recita
tis pono duas concluſiones.¶ Prior eſt met⁹ ca=
dens i cōſtantē virū impedit matrimoniū.patet de
ſponſali.c.cuz locū vbi alex.terti⁹ dicit cū locū nō
habeat conſenſus vbi met⁹ vel coactio intercedit
neceſſe eſt vt vbi aſſenſus cuiuſq; requiritur coa=
ctiōis materia impellatur hoc patet.c.veniēs i eodē
titulo ⁊.ff.q metus cauſa metū nō valet dicere co=
ram deo eſt matrimoniū ſʒ nō eſt preſumptum ab
eccleſia q: eccleſia preſumit q nō cōſenſerit.¶ Con=
tra eccleſia interpretatur caſuz fratris in meliorem
partem vbi non cōſtat ei de oppoſito:ergo interp̄=
tatur q homo nō vult mentiri preſentialiter dicen=
do.capio te in meā quin conſentiat . Item iuſtum
eſt q iura ſubueniāt hiis qui faciunt i diſcrimine il=
lud qđ poſſunt puta ſortes eſt inter duo vel cōtra=
here cū filia tirāni vel occidi min⁹ malū eſt cōtra=
here ⁊ hoc facit ſortes rationabile eſt q fauore in=
nocentis ⁊ odio nocētis contract⁹ ille irritet alio=
quin plerīq; cogerent tirānice matrimonia ⁊ multa
mala ſequerentur.¶ Secunda cōcluſio conſenſus
cauſatus p timorē nō cadētez in conſtantē virū nō
irritat matrimoniū imo ſufficit ad matrimoniū.pʒ
non eſt intentio eccl'ie talē cōſenſuz irritare ſicut le
ges ſubueniūt reſtituentes i integruz illū qui paſſ⁹
eſt iuſtū metum nō illum qui eſt nimis miticuloſus
patet illud de hiis que vi met⁹ ve cauſa fiūt.c.cū di
lectus.Ex iſtis ſequitur q iſta irritatio venit ab ec
cleſia ah oēz phibitionē eccl'ie fuiſſet matrimoniuz
⁊ hoc patet cōſenſum eſſe pure liberū explicatū p
ſigna nec ſufficit ad matrimoniū nec inuolūtarium
voluntario mixtū impedit matrimoniū .primū pʒ
de cōſenſu maris in tertiodecimo anno q̄ ratione
vtitur talis cōſenſus nō ſufficit ppter irritationem
maximi pontificis ſit' in miticuloſo ita impur⁹ eſt
conſenſus ⁊ non liber p leui cauſa ſicut in cōſtante
ex magna cauſa nouit cōſtans nō ſemper moriūtur
aues quibus inſidiantur. Contra iſta argumentor
ſortes dicit capio te in meā vel ita eſt ſicut dicit et
ſic eſt matrimoniū vel non eſt ita ⁊ ſic mētit dicēdo
falſum.Forte dicis dicere falſum eſt imptinēs men
datio credit dicere verū.Contra ponatur titi⁹ do=
ctus canoniſta vel theologus ſciēs illum cōtractū
inualidū ad matrimoniū videtur q debet pati ſe ci
tius occidi q̄ mentiri culpa nō cadit in cōſtantē vi
rum citius eſt ferenda mors q̄ mentiendū veniali=
ter.Reſpondetur dicit capio te in meā hoc eſt q̄tū
eſt ex parte mea ſic intelligit hoc eſt facio qđ in me
eſt in iſta ambage ad te capiendā ⁊ ſi cogatur a tirā
no dicere capio te libere hoc nō videtur cadere i cō
ſtantē virū oſtendat tirāno cōſenſus quē habet in il
lo caſu eſt inualidus. ¶ Scđo arguitur blandicie
aliquos ceruicoſos vel gñoſi animi tantū mouent
ſicut mine nō impediūt ergo nec mine cadētes i illū
conſtantē virū.Inſuper cōſenſus coactus a deo ti
more peccati ſufficit ad matrimonium ĝ in propo=
ſito timor cadēs in conſtantē virū.Ad primū dico
eccleſia nō illegittimauit cōſenſum per blandicias
q: illa nō eſt regulariter vehemēs nemo eſt qui nō
poteſt eis obuiare nullomodo tantū mouetur ſicut
mors vel grandis verberatio . vt dicit ariſtoteles
iij.ethicorū.j.q ſi quiſpiā ideo iocunda violenta di=

xerit eſſe q2 et extra ſūt et compellūt oīa erunt eius
ſſiia violēta vult ariſtoteles dicere nō tātuz mouēt
iocunda ſicut violenta nec demoſtenis eloquentia
nec ciceronis facundia tantū aliquē in conſenſum
flexiſſent ſicut dioniſii tiranni alexandri aut hāniba
lis crudelitas. Ad ſcd͡z concedo q͞ timor de pecca
to ꝑcipiente deo nō inualidat conſenſum matrimo
nialē nec hoc intendit pontifex ⁊ ſi intenderet deo
precipiente oppoſitum iā deo parēdū eſt. ſed dicis
ſi qua mulier ſic contraxit tempore raptus vt ſolet
eſſe alicubi locoꝝ vbi minus iuſticie ſeruat̃ q͞z hic
an eſt matrimoniū preſumptum per carnalē copu=
lā et an ſtante timore valeat matrimoniū dicit̃ con
ſenſus quē ipſa habet nō ſufficit ⁊ nō debet redde=
re debitū q2 nichil debz / dz oīfariā reniti nec preſu
mitur matrimoniū ſtante illo caſu ſi non cōſentiat
in matrimoniū aliquo modo neget ſe vltro cōſen=
ſiſſe in copulā ſed violentā eſſe aſſerat ſed ſi ꝑa per
mittat ſe cognoſci cum reſtituta eſt libertati erit ma
trimonium preſumptū. Tertio arguitur cōſenſus
coactus ſufficit ad baptiſmuz de baptiſmo et eius
effectu. maiores. ꝰ talis ſufficit ad matrimoniū. for
te dicis vnū eſt de neceſſitate ſalutis ⁊ nō aliud.
Contra ordo nō eſt de neceſſitate ſalutis ⁊ tñ in or=
dine ꝯſenſus mixtus ſufficit igitur. dicitur ſuperi⁹
eccleſia vnū illegittimat ⁊ cōtractū viciat nec hoc
inconuenit in matrimonio qd̄ ꝓſupponit tēpore vel
natura cōtractū naturalē. Quarto arguitur fortius
eſt vinculū per conſenſuz de preſenti cū verbis de
preſenti q͞z per verba de futuro ceteris parib⁹ hinc
inde puta coacte ⁊ coacte ſed contract⁹ ſponſaliuz
coactus iuramento vallatus obligat iurantē. pz de
his que vi metus ve cauſa fiunt ad aures. ꝰ contra
ctus ſponſaliū iuramēto vallatus. probatur de re=
nūciatio. capitulo. inſuper. Reſpondetur nō eſſe ſi
mile cū vnus contractus eſt inualidus et ipſo iure
nullus vt in propoſito. extra de ſponſali. cū locum.
hoc patet de voto de his q̄ vi metus ve cauſa fiūt
c.j. quedā per metum facta tenēt ipſo iure quouſq͞z
ſubueniat̃ metū paſſo auctoritate ſuperioris q̄ ſuo
officio implorato ⁊ metu ꝓbato debet a ꝓmiſſione
abſoluere ⁊ datū facere reſtitui ſi collatum fuerit.

Dubitatur an requiratur conſenſus parentū ad
hoc q͞ ſit matrimoniū. hic martin⁹ de magiſtris in
materia raptus cōcluſione ſexta facit magnū ꝓceſ
ſum ⁊ tenet q͞ nō valet matrimoniū quouſq͞z ipa re
ſtituatur ⁊ parentes conſenſerint ⁊ ipſe ſit ſolutus
ab excōicatione ad hoc introducit cōciliū meldēſe
⁊ gratianū in aliquibus paſſibus ⁊ in octaua cōclu=
ſione dicit nō ſufficere mulieris conſenſuz ſexta et
octaua concluſiones ſunt falſe: ⁊ in probatione fal=
litur leges ciuiles hoc ſtatuerūt ⁊ aliqui antiqui ca=
nones hoc pretendunt licet nō alleget. vide. xxvj. q
ij. per totuz ⁊ inſtitu. §. iuſtas autē nuptias inter ſe
ciues romani contrahunt que ſcḋm precepta legum
coeūt maſculi quidē puberes ⁊ femine viri potētes
ſiue patresfamilias ſiue filiīfamilias ſint ⁊ conſen=
ſum habeāt parentū quorū in poteſtate ſunt nā hoc
fieri debere ⁊ ciuilis ⁊ naturalis ratio ſuadet in tñ
vt iuſſus parentum precedere debet ſi qui antiqui
canones fuerint reuocantur per nouos patet de ra
ptori capite penultio ⁊ āᵗpenultimo cōgruū eſt ha
bere cōſenſum parētū vt rebeca fecit ſed nō eſt de
neceſſitate ſacramenti leges ciuiles locū nō habēt
in materia ſacramentorum.

Diſtinctionis trigeſime queſtio prima.

PRimo quero circa trigeſimā diſtinctio=
nē aliqua que querit magiſter in littera
vel que ad illius elucidationē conducāt.
Quero an error impediat matrimoniuz
ſupponatur. error eſt aſſenſus falſ⁹ ſine formidine
vel diſſenſus veri nō ſit nobis cure ipñarum ſiue er
ror dicatur falſus intrinſece vl̕ obiectiue errare eſt
verum ꝓ falſo putare vel econuerſo. xxij. q. ij. i q̄=
bus q̄druplex eſt error vt dicit gratian⁹. xxix. q. j.
q͞ autē et magiſter in lr̄a quidē eſt error perſone vt
quando putatur virgilius eſt tamen plato nec hic
error circa nominationē cōtingit ſz potius circa rē
ſub tali noīe ſignificatā. ſecundus eſt error conditio
nis vt qñ aliquis putatur eſſe liber eſt tñ ſeruus er=
ror qualitatis quando putatur pulcra/caſta vel bo
na ipa tñ eſt feda impudica vel mala. Ali⁹ eſt error
fortune qñ putatur diues eſt tñ paup vel ecōuerſo
His ꝓmiſſis pono duas cōcluſiones. Prior
error cōditionis ⁊ perſone impediūt matrimoniuz
Scḋa cōcluſio alii duo errores nō impediunt.
Prior ꝯcluſio probatur quicquid impedit cauſam
alicuius effectus illuz effectū impedit ⁊ hoc quādo
talis effectus nō poteſt produci niſi ab illa cauſa: ſz
ſic eſt q͞ error impedit noticiā ſine qua nō habetur
cōſenſus. v. de trinitate iuiſa diligere poſſum⁹ inco
gnita vero neq͞q͞z. cōſenſus eſt actus voluntatis qui
ab actu intellect⁹ puta ſcientia producit̃ vel eā pre=
ſupponit nō capio ſcire poſterioriſtice i nullū cōſen
tim⁹ vel amam⁹ quē nullaten⁹ cognoſcim⁹ dixi in
ꝓbatione qñ ille effectus nō poteſt produci niſi ab
illa cauſa qui impedit ignē a ꝓductione caloris nō
impedit caloris ꝓductionē cū ille a radio ſolis in
ſpeculo cōcauo vel alibi produci poteſt. dicis calor
producibilis ab vna iſtaꝝ cauſaꝝ non pōt produci
ab alia nō eſt alius in ſpecie ꝓpterea hoc nō impe
dit quia illud ſufficeret de idēptitate ſpecifica. pro=
pterea dicitur qui errat nō cōſentit. l. ſi per errorez
ff. de iuriſdi. oui. iu. idem patet cap. de iur. et facti
ignorantia. l. cū teſtamentū errantis voluntas nul=
la ſit. idē patet de ſeruitute qui credit aliquā liberā
⁊ in eā conſentit cū ipſa eſt ancilla ꝓprie nō cōſen=
tit. ⁊ dato q͞ in hanc demōſtrando ancillā cōſentiat
hoc nō ſufficit propter eccleſie illegittimationez et
errorem ꝑuū cum iugo intollerabili ꝑtus inſequit̃
ventrē oportebit habere ſobolē ſeruituti miſere ſub
iectā nec ipſa poteſt reddere debitū ad nutū peten=
tis rationabiliter ⁊ quod acquirit eſt dñi: igitur: hoc
patet de cōiugio ſeruoꝝ. c. propoſuit. Secunda
cōcluſio patet remanentibus eſſentialibus alicui⁹
contractus q͞tūcūq͞z varientur accidentalia manet

contractus ille accidentia nõ variãt eſſentiã rei: ſʒ
preſupponuntur mas ⁊ femina abiles ꝑ modũ ma=
terie conſenſus explicatus per verba obtinẽt ſimi=
litudinẽ forme modo ſecluſa materia vel forma ſe
cluditur compoſitũ integrũ ⁊ eis poſitis oĩbꝰ aliis
ſecluſis ponitur cõpoſitũ modo in duobꝰ ſecũdis
erroribus poſitur mas ⁊ femina ⁊ ꝯſenſus diuitie
et bonitas accidunt matrimonio q̈ꝛ ſi opoꝛtet habe
re illa nũq̃ꝫ eſſet ſtabilimẽtũ in matrimonio ꝓtinus
diceret maritus cõmotus arbitrabar hãc humilẽ q̃
more leonino ſuperba eſt noſtrates deuerbio loquẽ
tes puellis vtũtur ſis humilis ſi matrimoniũ po=
ſtea erige coꝛnua qð crebro ĩ praxim deducũt de di
uitiis minꝰ eſſet ſtabilimenti ſi quis cõtrahit cũ cõ
ditione expreſſa de diuitiis vel hmõi alias nõ inten
dens contrahere nõ contrahit nec eſt matrimoniũ
preſumptũ ab eccleſia ſed ſi nõ cõſentiat mẽtaliter
ſi nõ ſint diuitie ⁊ hoc nõ expreſſe ponat nõ eſt con=
ſenſus matrimonialis preſumit̃ tñ matrimoniũ ab
eccleſia ⁊ cogetur de nouo conſentire illã capien=
do ſubnectuntur aliqua dicta pro explicatione ma=
terie: quoꝝ aliqua ſequuntur correlarie aliq̃ vix infe
runtur. ❡ Primũ dictũ contrahens cũ muliere q̃
eſt genita ex libero ⁊ ancilla vbi eſt cõſuetudo p̄rie
q̈ ꝑtus ſequitur cõditionẽ patris vere cõtrahit.pʒ
talis eſt libera ⁊ hoc etiã patet de cõiug.ſeruo.c.li
cet.nõ capimꝰ ſeruitutẽ ſicut in gallia vel britannia
ſed vocamus illũ ſeruũ qui a dño poſſidetur more
pecudis ⁊ quicquid lucratur dño attinet. ❡ Scðo
ſequitur ſi ſoꝛtes cõtrahit cũ berta neſciẽs cõditio=
nem eius ⁊ ipſa eſt ancilla nõ manet matrimoniũ ſi
recedat cũ primũ ei cõſtiterit. ❡ Tertio ſequitur ſi
ſoꝛtes cõtrahit cũ berta ancilla ⁊ dñs berte dederit
facultatẽ ancille nõ eſt neceſſe q̈ ſoꝛtes eã capiat li=
cet ante in eã cõſentiebat ⁊ ipſa nũc conſentiat non
eſt cõſenſus mutuꝰ ſufficiens ſicut inter ãmõ ⁊ tha
mar. ❡ Quarto ſequitur q̈ ſi ſoꝛtes credit cõtrahe
re cũ ancilla et ipſa eſt libera manet matrimonium
patet.erroꝛ conditionis melioꝛis nõ ipedit q̃ cõſen
tit cũ berta que eſt ancilla cõſentit in eam cũ liber=
tate. ❡ Quinto ſequitur ſeruitutis cõditio non ille
gittimatur ſimpliciter hoc eſt ſi alter cõſentiat.pʒ.
cum quis cõtrahit cum ancilla ignoꝛãter vl' ex igno
rantia poſtea tñ cõſentiens in eam dũ hoc ſciuerit
eſt vere maritus illius mulieris: ⁊ hoc ſi mulier tũc
cõſentiat.ſecus eſt ſi mulier tunc diſſentiat. ❡ Sex
to ſequitur cum ancilla quis ſcienter cõtrahit ⁊ nõ
manet matrimoniũ.pʒ.credat titius tibergã libe=
rã que de facto eſt ancilla conſentiat in eã tũc ſic cũ
hac tiberga titius ſciẽter cõtrahit hec tiberga eſt
ancilla q̊ cũ ancilla ſciẽter contrahit ⁊ tamẽ matri=
moniũ non tenet: ſed is nõ cõtrahit ſciẽter cum an=
cilla ſicut in ſimili regẽ ſcio eſſe prope me ⁊ nõ ſcio
regem eſſe in hac p̄ria capio hic contrahere vt tãtũ
valet ſicut nititur contrahere vt vides nõ luctemur
ſemꝑ de ỽtute ſermonis. ❡ Septimo pʒ q̈ ſi ancil=
la ⁊ ſeruꝰ ꝯhunt inuitis dñis nõ poſſunt impediri a
ſacramentis eccl'ie.hoc patet de cõiuge ſeruo.c.p̊=
mo nec propterea ſeparantur a ſeruicio dñi.patet

in eodẽ cap̄. At ponis q̈ vxoꝛ petat debitum ⁊ dñs
ſeruitiũ ſimul cui obtemperandũ eſt. ❡ Reſponde
tur opoꝛtet conſiderare qualitatẽ negotii ad quod
vocantur. Foꝛte aliquis venit ad occidendũ dñm
tunc deferenda eſt reddicio debiti ſin aũt reddẽduʒ
eſt. Si ponis dñm vendere ſeruũ vel facere eũ ire
ĩ oꝛiẽteʒ ⁊ alius dñs ancillã vendit ĩ occidentẽ. dici
tur cogentur ad oppoſitũ ne ſit fraus matrimonio
vendẽdo vel aliter diſponẽdo ad hoc eſt argumẽtũ
liiij.d.cap̄.fraternitatẽ.intereſt rei publice ne quis
male ſua re vtatur.inſtitut.de hiis qui ſui vl' alie.iu
ris ſunt. ❡ Cõtra illud argumẽtoꝛ: iacob nõ cõſen
ſit in liã ſed in racheleꝫ ⁊ tñ erat matrimoniũ.patet
geñ.xxix. Inſuper aliquis bñdicit illũ quẽ nõ inten
dit bñdicere.pʒ de iſaac bñdicẽte iacob.geñ.xxvij.
Ad primũ dicitur q̈ iacob in craſtino ꝯſenſit ĩ lia ⁊
ſic erat matrimoniũ ⁊ ſi eam illa nocte cognouerit
erat ei ignoꝛantia inuincibilis nõ inſiſto excuſare la=
bã ⁊ liã. Ad ſcðm dico q̈ iacob intendebat bñdice=
re iſaac.patet.hunc intẽdebat bñdicere demõſtran
do illũ qui erat corã illo hic eſt iacob: igitur. Inſuꝑ
ſpiritusſanctꝰ bñdicit principaliter.inuocate nomẽ
meũ ſuper filios iſrael ⁊ ego bñdicã eos ⁊ per hoc
ſoluitur argumẽtũ de baptiſmo qui credit baptiſa
re ſoꝛtẽ ſed intẽdit hoc baptiſare demõſtrando pla
tonẽ. ỽe eũ baptiſat hoc ex opere operato ꝓuenit.

❡ Diſtinctionis trigeſime queſtio ſecunda.

SEcundo circa hanc diſtinctionẽ trigeſimã
vbi agitur an beata virgo cõtraxit matri=
monium cum ioſeph ꝓ maioꝛi intelligen=
tia. Quero an virginitas eſt virtus ⁊ an viduitati ⁊
cõiugio preſtet. ❡ Pro ſolutione huius queſtionis Notabile
notabis q̈ virginitas bifariã capitur. vnomõ ĩpro=
prie ⁊ ſic ſignificat coꝛpoꝛis integritatẽ. coꝛpoꝛis in
tegritas nichil aliud eſt q̃ꝫ coꝛpus integrũ et totale
coꝛpus dicitur integrũ ratione partis que alia eſt ĩ
viro ⁊ in muliere ita q̈ ille terminꝰ virginitas ſuppo
nit pro tali parte coꝛpoꝛis cõnotando q̈ nõ coꝛrum
petur per opus libidinoſum coꝛruptio ſolũ in mu=
lieribus reperitur. Illa acceptio parum facit ad de
coꝛem virginis. Aliomõ capitur ỽginitas ꝓut eſt
virtus ⁊ tunc eſt qualitas in anima ⁊ illa eſt duplex
ſcʒ actualis ⁊ habitualis vt in ceteris id genꝰ acci=
dit. virginitas actualis nichil aliud eſt q̃ꝫ volitio q̃
quis vult ſeruare ſuũ coꝛpus ne polluatur per opꝰ
libidinoſum ſm̃ q̈ recta ratio dictat vel nõ vult de
ſerere ſuã integritatẽ niſi per opus conceſſum. Ex
iſto pʒ q̈ martinꝰ indigeſte ponit tres acceptiones
virginitatis.queſt.ij.de ỽginitate dicit.ſcðomodo
accipitur ꝓ propoſito ſeruande virginitatis coꝛpo
ralis perpetue ⁊ tñ intelligit ſm̃ rectã rationeʒ vt di
cit ibi ĩ tertia ꝯcluſione ꝯ̄ buridanũ quẽ dicit eſſe de
ceptum: ſed illã acceptionẽ nõ inuenio ſemper nol=
le et velle circa eandẽ materiaʒ ſunt actus eiuſdem
virtutis nolo comedere plꝰ q̃ꝫ par ſit volo comede
re quãtũ ſufficit non dixi illos actus eſſe eiuſdẽ ſpe
ciei ſpecialiſſime ſpectãt ad ieiuniũ friuolum eſt ibi

ponere varias acceptiões etiã martinꝰ dicit poſtꝗ̃
dicit buri. eſſe falſum virginitas ex impoſitione no
minis dicit totalẽ abſtinẽtiã a venereis ⁊ hoc poteſt
eſſe vicioſe ⁊ ſacre littere de fatuis virginibꝰ loquũ
tur vt dicit propterea recte dicit buri. virginitas in
terdũ capitur vt dicit totalẽ abſtinentiã a venereis
⁊ ſic nõ eſt per ſe virtus in aliquo eſt virtus ĩ aliquo
non eſt vt in fatuis virginibus. aliomõ capit͛ prout
diffinitur ⁊ ſatius eſt ſic diffinire ꝗ̃ per integritatem
vt inferius patebit ⁊ talis eſt duplex. quedã eſt ĩ nõ
cognita qua vult ſeruare temporanee qꝛ recta ra-
tio ſufficienter dictat ꝙ poteſt cõtrahere ꝟginitas
eſt ſolum de conſilio. patet. j. corinth. vij. ante vo-
tũ. alia eſt ꝑpetua ꝟginitas habitualis nõ eſt aliud
ꝗ̃ habitus ex hiis ꝓpoſitis genitus ſicut in ceteris
oſtendit phs. ij. ethicoꝝ. Secundo notabis ꝙ caſti-
tas habet tres ſpecies que ſunt virginitas / caſtitas
vidualis / caſtitas cõiugalis. caſtitas vidualis eſt ꝓ
poſitum quo corrupta nõ cõiuncta ꝓponit ſeruare
cõtinẽtiã ſui corporis: non eſt de ratione viduitatis
ſeruare ꝑpetuo continẽtiã. patet hoc nõ eſt de ratio
ne virginitatis que intendit tẽporanee ſeruare vſꝫ
ad vigeſimũ annũ eſt virgo g͛ ſi aliqua eſt orba viro
ꝓponens caſte viuere temporanee talis debet eſſe
vidua ⁊ propterea martinꝰ nõ viſus eſt loqui cõſe-
quenter in tertia cõcluſione ſcḋe queſtionis de vi-
duitate ad ea que dixerat de virginitate ꝗlibet actꝰ
caſtitatis ſiue vagus vt volo ſeruare caſtitatẽ ſiue
ſpecificatus ad determinatũ obiectũ vel determi-
natũ tẽpus cadit ſub aliqua iſtaꝝ triũ ſpecierũ vo-
lo ſeruare caſtitatẽ in ea que eſt corrupta eſt cõiuga
lis ⁊ eadẽ numero ꝑ mortẽ viri ſiue ipſa cõſcia ſiue
iſcia incipit eſſe viduitas. Ex quo patet ꝙ alicuius
mulieris maritus eſt mortuꝰ ⁊ tñ ipſa nõ eſt vidua
patet de beata virgine poſt mortẽ ioſeph cauſa ipſa
nõ erat corrupta nec ipſa a ſanctis cõcedit͛ vidua ſi
ſufficeret ad habuiſſe virũ ⁊ eo eſſe orbam ſiue ſit
cognita ſiue non iã fuiſſet dicta vidua ⁊ difficultas
eſſet de termino nec eſt oĩno ſile de illa cõiũcta per
verba de pñti cuius vir moritur ante carnalẽ copu
lã cũ ipſa habuerit propoſitũ ad reddendũ debituꝫ
licet talis nõ debet dici vidua etiã ſtando in hoc ꝙ
eſt de ſtatu viduitatis fuiſſe cognitã vt videtur ſa-
tis applaudere modo loquẽdi ⁊ ꝙ non ſufficit eam
habuiſſe ſolum actum interiorẽ. Fortaſſe iohannes
euangeliſta talẽ actũ iteriorẽ habuit ⁊ tñ dicitur vir
go ⁊ nõ vidua. Caſtitas cõiugalis eſt volitio ꝗ̃ con
iunx vult cõicare ſuum corpꝰ alteri coniugũ ſm re
ctam rationẽ ⁊ nulli alteri vel nõ vult ex conſenſu
vtriuſqꝫ. ¶ Iſtis notatis pono cõcluſiões. ¶ Pri
ma eſt quelibet iſtaꝝ triũ eſt ꝟtus. probatur in gñali
oĩs caſtitas eſt virtꝰ quelibet illaꝝ eſt caſtitas ergo
quelibet illaꝝ eſt virtus. conſequẽtia tenet ĩ primo
mõ pme. maior patet qꝛ eſt ſpecies tẽperantie ꝗ̃ eſt
virtus. iij. ethicoꝝ. x. ¶ Secũda concluſio virgini
tas preſtat aliis duabus virtutibus. patet. ij. ethico
rum. virtꝰ eſt circa difficile ⁊. v. ethicoꝝ. j. per hoc
ꝓbat excellẽtiã iuſticie ex parte operis operati / nõ
alias fortitudo preſtaret temperantie: ſꝫ difficilius
eſt abſtiere in toto a venereis ꝗ̃ in parte: igit͛. Secũ
do probatur idẽ auctoritate beati aug. de ꝟbis dñi
ſermone habet. hoc ꝓbat͛ etiã. xxvij. q. j. nuptie ter
ram implẽt / virginitas paradiſum. item beata ꝟgo
illum ſtatũ accepit. item in apocalipſi. Iſti ſequun-
tur agnũ quocunqꝫ ierit. Ruꝛſꝰ ille eſt ſtatꝰ patrie
ergo eſt melior: animalia multuꝫ coeũtia ſunt bre
uioris vite. hoc patet de paſſeribus coitum hippo-
cras cõitiali morbo comparauit qꝛ mẽtẽ ꝗ̃ ſacra eſt
ꝑcutit pſci muſas atqꝫ mineruã virgines eſſe volue
runt valet ad puritatẽ mentis ⁊ nõ propter ſe plus
laudata eſt humilitas beate ꝟginis ꝗ̃ ꝟginitas ⁊c̃.
¶ Contra primã cõcluſionẽ arguitur nulla virtus
per aliã ꝟtutẽ corrumpitur ꝟginitas per caſtitateꝫ
cõiugalẽ corrũpitur g͛ nõ eſt virtus. maior pꝫ. ꝟtu-
tes nõ ſunt icõpoſſibiles ſed magis cõnexe queãd-
modũ oẽ veꝝ ꝟo cõſonat. pmi ethicoꝝ. viij. ꝑterea
nulla virtus in habente corrũpitur faciendo omne
illud qḋ eſt in eius facultate ſꝫ ꝟginitas corrũpitur
ĩ violẽte corrupta: igitur. ꝟginitas nõ eſt ꝟtus mi-
nor patet qꝛ alias virgo poteſt ꝑere cõiter quod eſt
falſum illud ſingulariter eccl'ia attribuit dei matri
¶ Ad pmã rationẽ dicit͛ ꝙ difficile eſt reperire vbi
ꝟtus ꝟtutem adiuuat aliꝗ tenẽt ꝙ ꝟginitas reqͥrit
votũ beatꝰ thomas ita dicere videtur et tunc con-
tra eũ argumẽtũ nõ videt͛ habere pedes ſed nõ te-
neo: illud dixi videt͛ nõ video quin aliqua poteſt vo
uere aliꝗd tẽporanee ⁊ ſic equaliter currit argumẽ-
tũ ꝙ aliqua ſit temporanea eſt caſtitas nõ vidualis
nec cõiugalis ergo ꝟginea. ¶ Dupliciter rñdeo. p-
mo negando maiorẽ ⁊ hoc qñ ꝟtus eſt opus cõſilii
potiſſimũ licet vna ꝟtus nõ corrũpat ꝟtutẽ tñ ꝟtu-
tem corrũpit. prior pars patet qꝛ tũc ſe ꝑimeret. ſe-
cunda pars patet de cõnexione ꝟtutũ. Aliomõ re-
ſpondet͛ concedẽdo maiorẽ ⁊ negatur minor ꝙ vir
ginitas ꝑ caſtitatẽ coniugalẽ corrũpitur teberga eſt.
virgo hꝫ propoſitum ſeruandi integritatẽ ſm ꝙ re-
cta ratio dictat poſtea dictat ratio recta ꝙ poteſt vi
rum ducere poteſt habere propoſitũ ſeruandi caſti
tatẽ coniugalẽ ⁊ inter illa duo ꝓpoſita nulla eſt re-
pugnantia formalis ꝟtutes nõ ſibi repugnant. Se-
cundã ſolutionẽ pro nũc nõ reprobo qꝛ ad materiã
tertii de cõnexione ꝟtutũ ſuam ſedẽ habet. Ceterũ
ſi que virgo habẽs habitũ intenſum ꝟginitatis re-
pente ducat virũ per verba de pñti ⁊ eueſtigio red-
dit ei debitũ habitus qui erat virginitas non corrũ
pitur ſm quãlibet partẽ ſui licet accedẽte caſtitate
coniugali non ampliꝰ denominatur ꝟginitas ⁊ ſic
corrũpitur ꝟginitas totaliter licet illa ꝟginitas nõ
corrumpatur ⁊ ſic virtus nõ corrumpitur ꝑ ꝟtuteꝫ
ꝗ̃ꝗ̃ talis denominatio mox extingat͛ ⁊ ſic minor pn
cipalis rationis eſt interimẽda: ſꝫ tunc eſt difficul-
tas habitus ille ad quos actus inclinat an ad ſeruã
dũ corpus incolume a venereis vt ſupra vel an de
nominetur ꝟtus eſto ꝙ ex actibꝰ ſtudioſis emerſit
quã alibi motã contẽplaberis. Ad ſcḋꝫ argumentũ
non conueniũt omnes aliquibus dicẽtibus ſi ꝟgo
corrũpatur ipſa oĩmõ renitẽte ꝙ non deſinit eſſe vir
go aliis oppoſitum aſſerentibꝰ. ¶ Contra illuꝫ

modũ arguitur habeat teberga habitũ ꝟginitatis intenſum vt.x.cognoſcatur a titio ipſa inſcia vel ipſa ſciente ⁊ omnifariã renitente iam ſuus habitus nõ corrumpitur imo multũ (ſi bñ reſiſtat) augetur ⁊ ſuus habitus eſt ꝟginitas:igit̃. Forte dicis ⁊ martinus ſic tenet ꝙ ille habitus nõ corrũpitur ſ; nõ inclinat in ſimiles actus eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime ſicut antea ſed in aliquos ſimiles qui equiualẽt in merito virginitati integritas corporis exħis cadit i ratione obiecti virginitatis propterea itegritate amiſſa deſinit illud obiectũ ⁊ ꝑ cõſequens nõ poteſt ꝟginitas haberi nec propoſitũ actuale eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime quẽadmodũ noticia intuitiua nõ manet obiecto abſente vel corrupto ecce pondus tot⁹ materie ⁊ quo nã pacto ſuſtinetur a martino. Oſtendam ꝙ hec ſuſtentatio a vero deliret. ℭũ primo nõ videt̃ in viro quid corrũpatur. In ſignaculis ſi aliquis faciat virũ ipſo nolente cognoſcere mulierem vt in vitis pſm narratur de quodã patre cui inuite ſupponebatur mulier q̃ ꝓpriã linguã abſcidit. Iam manet eadẽ integritas vt ipſe dicit arguendo cõtra beatũ thomã iam habebitur cõtra eũ ꝙ virgo poteſt generare i ſenſu cõpoſito qđ eſt tãtũ icõueniẽs ſicut ꝟginẽ ꝑere eſſe poſſibile. Scđo pono ꝙ deus teneat clauſtra pudicitie integra i muliere cognita ꝙ ibi ſit penetratio dimẽſionũ ipa cõſentiẽte iã poteſt habere propoſitum eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime cũ virginitate ⁊ ſic meretrix eſt virgo. ℭũ tertio ſe queretur ex ſuo modo ꝙ qñ illud clauſtrum ferro eſſet corruptũ i ꝑuula qñ ipa eſt de nouo ꝓducta extra vterũ ꝙ talis nũq̃ poteſt eſſe virgo non poteſt habere propoſitũ actuale virginitatis q; obiectum virginitatis actuale nõ ineſt ⁊ ex conſequenti habitũ ſed de actuali certũ eſt. ℭũ q̃to falſu; eſt ꝙ mulieris integritas corrũpitur ſ; ſolũ corrũpitur integritas eadẽ caro manet q̃ prius erat manet licet ꝑtes diſtent ⁊ añ non diſtabãt quẽadmodũ de baculo fracto dũ manet in pñtia obiecti de vtraq; parte vel que fuit pars manet noticia itutiua ſicut antea de illis partibus. ℭũ quĩto ⁊ añ ſupponatur ꝙ quẽadmodũ noticia itutiua eiuſdẽ obiecti ab abſtractiua differt ſpecie ita volitio vel quicũq; act⁹ volũtatis ab vna noticia dependẽs ſpecie differt a volitione ab alia noticia dependẽte. Si negetur ſuppoſitio ſicut a pleriſq; negatur quo ad vtrãq; partẽ tũc argumẽtũ eſt lõge fortius quo ad claritudinẽ hoc dixeri quo ad claritudinẽ q; ſiue hoc admittatur ſiue nõ argumẽtũ currit qñ mulier habet ꝓpoſitum ſeruande integritatis nõ oportet ꝙ illa volitio actualis dependeat a noticia intuitiua nec ab auditu nec a viſu nec a tactu nõ oportet ꝙ mulier videat illã partem ⁊ ſic dico ꝙ mulier nũq̃ habet noticiã itutiuã illius partis. ſi ego ex habitu liberalitatis elicio actũ dandi huic bono ſtudenti a librũ in camera ⁊ continuãdo eũdẽ actũ numero ꝑ horã gratia exẽpli i idẽ redit.ꝑs.minuta hora. i ſcđa medietate hore liber furto eſt ablat⁹ me inſcio an oporteat propterea ꝙ idẽ propoſitũ actuale pereat certũ eſt ꝙ nõ. eſto ꝙ añ habueri noticiã intuitiuã añq̃ eliciebã illũ actum

ſic dico ꝙ ſi teberga eliciat ex habitu ꝟginitatis ꝓpoſitum actuale qñ venit tirãnus eã violare ꝑ hoc ꝙ ipa violẽte cognoſcitur a tirãno manet non modo idẽ habitus ſ; actus idẽ numero. ſic ğ dico manet idẽ habitus numero ⁊ iclinat i ſiles act⁹ eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime ſicut añ dũmõ mulier cognoſcitur ipa renitẽte vniuerſaliter q̃libet habitus ex actib⁹ genit⁹ iclinat i ſiles actus actib⁹ quib⁹ emanauit de habitu emanãte ex noticia itutiua nũc nõ opus eſt inſiſtere an ille habitũ generet ⁊ ſi ſic extra illã nõ inſtabis alias ſine lege loqueris ⁊ vr̃ negabo aliquẽ habitũ inclinare i actus ſimiles actibus a quibus emerſit habitus iſ̃e martinus i ſolutione ad primũ cõtra tertiã cõcluſionẽ facit aliquas rationes cõtra ſanctũ thomã ſophiſticas beat⁹ thomas dicit ꝙ ꝟginitas q̃tũ ad formale eſt reꝑabilis ꝑ penitentiã ſed nõ quãtũ ad materiale martinus facit aliquas rationes cõtra hoc q̃ ſi concludant contra beatũ thomã cuius poſitio eſt defenſabilis etiam contra poſitionẽ quã teneo concludunt ꝓpterea ꝓ nobis duob⁹. Reſpõdeo: arguit eñ ſic i quocunq; nõ poteſt eſſe per quãcũq; penitentiã ꝓpoſitum ſeruandi integritatem carnis in eo nõ poteſt per penitentiã reparari formale ꝟginitatis ſed in corrupta ꝑ nullã penitẽtiã poteſt eſſe ꝓpoſitũ ſeruãdi integritatẽ carnis nego minorẽ certe nullã apparentiã habet corrupta poteſt habere idẽ ꝓpoſitũ i ſpecie ſpecialiſſima eſſentialiter ⁊ beatus thomas diceret tale propoſitũ eſſe virginitatẽ in violente cognita ego dico deſinit eſſe virginitas. Scđo arguit virginalis caſtitas vidualis ⁊ ꝯiugalis ſpecie differũt ⁊c. antecedẽs eſt falſum ⁊ cõſequẽtia nulla aliq̃ ꝟt⁹ ꝟginalis ⁊ vidualis ⁊ cõiugalis ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue l; nõ ſint eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime in gñe moris. habeant tres: quaꝝ vna eſt virgo/alia vidua/tertia cõiunx iſta propoſita volo ſeruare me inmune; ab actib⁹ libidinoſis certe iſti tres act⁹ ſũt eiuſdẽ ſpeciei ſpaliſſime ſpaliſſime ſ̃ba liter ſ; vna vocatur virginitas ⁊ nõ alia bene volo ꝙ virgo poteſt habere actus aliquos ſpecie diſtinctos a vidua ſic poteſt vna vidua reſpectu alterius quicq̃d ſit ꝯña ſua eſt nulla. Ad tertiũ argumẽtum de materiali et formali nõ eſt vis formaliter ꝟginitas eſt actus vel habit⁹ volũtatis caro integra reſpectu alicui⁹ actus eſt materia circa quã reſpectu aliquoꝝ actuũ nõ eſt iſta ſimul cõcedo aliqua amittit ꝟginitatẽ ⁊ tñ nullã ꝟtutẽ amittit aliq̃ amiſit virginitatẽ qñ nullã ꝟginitatẽ amiſit. ſed tunc arguis ergo ꝟgo poteſt parere naturaliter. ℂ Reſpõdeo ꝑ ꝓpoſitiones. ℂ Prima eſt ꝟgo poteſt parere naturaliter. probat̃. helena peperit naturaliter helena eſt vel põt eſſe virgo ergo ꝟgo põt parere naturaliter cõſequẽtia tenet expoſitorie. minor p;: helena fuit ꝟgo ergo helena põt eſſe ꝟgo ꝯña tenet a mi⁹ amplo ad magis amplũ affirmatiue ſine diſtributione magis ampli ceteris termis paribus hoc addiderim ꝓpter tales cõſequẽtias nõ valentes ſortes eſt homo ergo ſortes fuit homo q; licet arguat̃ a nõ amplo ad amplũ ampliatiõe tẽpoꝝ reſpectu huius

termini ſortes conſequentia non valet propter ly
homo aliter acceptum:ſecus eſt in alia conſequen=
tia ⁊ a fronte ⁊ a tergo ampliat. ¶ Secunda propo
ſitio: virgineꝫ parere naturaliter eſt poſſibile eſt po
ſitioni impertinēs adhuc .patet poſſum eam cōce=
dere vel reſpuere igitur pmo tranſeat. Et quādo
dicis illud attribuitur laudi ſingulari beate virgīs
hoc nego ſed ei eſt hoc preconium ſingulare ꝙ ipſa
a viro incognita peperit deum ⁊ hominem nulla
alia viri expers (intellige expers viri) peperit ſiue
manſit virgo ſiue non.incognita nulla alia peperit
et ſic datur idem in ſententia beate virgini quod tu
das.idem eſſet ex parte vtriuſqꝫ ſi furioſus furioſā
cognoſceret ⁊ neuter eſſet furioſus ex culpa prece=
denti ſed ſemper ante furiam fuerant virgines qua
re non manent virgines ſed vtendo terminis ſicut
ſancti vſi ſunt qui pluſqꝫ philoſophi vſi ſunt voca=
bulo iuxta ſententiam philoſophi .ſecundo de cē=
lo.loquendū eſt vt plures.nego cōcluſionē propoſi
tam impoſſibile eſt virginem parere naturaliter qꝫ
primum ipſa cognoſcitur deſinit eſſe virgo ⁊ corrū
pitur tota ſua virginitas actualis et habitualis.
¶ Contra dicis ponatur habitus intenſus quem te=
berga habet vt decem: veniat tyrannus ⁊ eam co=
gnoſcat iam ille habitus non corrumpitur ille habi
tus eſt virginitas ergo virginitas teberge non corrū
pitur ⁊ eodē mō de actu: concedo conſequentiam ⁊
ꝯñs ꝟgintes teberge nō corrūpit nec actualis nec
habitualis ſed corrūpit virginitas actualis ⁊ habi=
tualis.virginitas ſupponit ꝓ ꝓpoſito actuali vel hi
tuali connotando ꝙ habens tale non cognoſcit ne=
qꝫ cognouit nec eſt cognita nec in cognoſcēdo mo=
do deficiente connotato termini deficit eius ſup=
poſitio dummodo poſitiue connotat ſicut in propo
ſito. ¶ Cōnotatio de corrumpere denotatur cadere
in cōnotatum virginitatis quando ponitur a parte
predicati.nec hic eſt conuerſio ſimplex corrumpi=
tur virginitas:ergo virginitas corrumpitur : ante=
cedens eſt verum ⁊ conſequens falſum vti tu vi=
des in generali:in ſpeciali variatur appellatio eſto
ꝙ corrumpitur ampliat a fronte et non a tergo .ſi
petas conuertentem iſtius corrumpitur virginitas
da extrema et ampliationem ⁊ nichil facilius/ et ca
piatur pro ſubiecto res qualitas vel habitus ſic er=
go conuerte: corrupta virginitas eſt vel fuit habitꝰ
⁊ eſto ꝙ ſubiectum conuertētis amplietur predica=
tum conuerſe non.hoc non obſtat bona eſt conuer=
ſio homo fuit animal ergo animal eſt vł fuit homo
nec ibi eſt mutua inferibilitas quemadmodum hic
tantum animal eſt homo ergo homo eſt animal.ad
de quod eſt.ſi libeat hic non inſiſto. ¶ Tertio argu
mentor ꝙ virginitas non eſt virtus plato vt com=
muniter dicitur ſanctificauit ſe propter virginitatē
et filia iepte fleuit virginitatē iudicum vndecimo.
dimitte me vt duobus menſibus circumeam mon
tes ⁊ plangam virginitatem meam cum ſodalibus
meis.⁊ deuteronomii ſeptimo:non erat apud te ſte
rilis vtriuſqꝫ ſexus:⁊ philoſophorum princeps ha
buit vxorem et dicis primi ethicorum ſeptimo ſuf=
ficiens autem dicimus non ipſi ſoli qui vitam ſoli=
tariam agit ſed et parentibus natis ⁊ vxori . idem
patet de ſocrate ⁊ ceteris.et primo officiorum non
ſolum nobis nati ſumus ſed partem patria vendi=
cat et amici ⁊ potiſſimum liberi. idem dicitur de io
hanne andrea viro ſtudioſo. Reſpondetur ad illud
de platone putatur ꝙ illud fecit vt euaderet penas
vulgi quod ꝟginitatem exoſam habebat. De philo
ſophorum principe facile eſſet dicere ꝙ vmbratice
felicitatem ſomniauit nec per naturam poterat al=
tius conſcendere veriſimile ſatis eſt ꝙ vxoris expꝰ
liberius litteris vacare poteſt qꝫ coniugatus ſed
non omnibus datum eſt adire corynthum. de ſocra
te nichil reſtat dicere binas habuit et hoc eſt cōtra
ius nature nec ſecum diſpenſabatur ſicut cum pa=
tribus vt appareret ſaltem non conſtat . de iepte vide
batur eis eſſe ignominioſum in mundo non habere
et ſi hic calor diuidatur in duas medietates ſcḋm intenſionē ⁊ illarum medietatū quelibet diuidatur in partes proportionales quoad extentionē maioribus terminatis verſus agens ⁊ quelibet pars vniꝰ producitur añ partē proportionalē alteriꝰ et reſpōdentem non ſeq̄tur ꝙ vnus totalis calor ꝓducitur ante alium ſicut in achille zenonico quālibet partē ꝓportionalē ſpatii ꝑtranſit mobile tardū añ mobile velox et tñ in eodē inſtanti primo illud ſpaciū eſt ab vtroqꝫ mobili pertranſituꝫ. quo fit licet nō cuiuſlibet gradus qualitatis ex vna parte ad nō graduꝫ terminate ſucceſſiue ꝓducte dantur duo gradꝰ per totū extenſi vnus ante aliū productꝰ tñ cuiuſlibet qualitatis ad gradū ex vtraqꝫ parte terminate dantur duo gradus ꝑ totū extenſi vnus añ aliuꝫ ꝓductus. Eodēmō conceditur ꝙ dabitur primū inſtās quo corpꝰ machometi habet caloreꝫ vt q̄ttuor ſcḋm ſe totū calorē vt tria ſcḋm ſe totū dabitur primū īſtās ī quo quelibet pars ꝓportionalis erit calida vt q̄ttuor puta in inſtanti quo in extremo remotiore erit caliditas vt quattuor ⁊ in illo inſtanti p̀mo quelibet ꝑs proportionalis erit calida ſupra quattuor. qḋ patet da vnā partē proportionalē nō calidā ſuper q̄ttuor ⁊ cū quelibet pars ꝓportionalis habet infinitas poſt ſe verſus partes minutiores nō prius calefiet pars ꝓpinqua agēti ꝙ̄ remota qḋ eſt falſū quelibet pars proportiōalis fuit calida ſupra quattuor añ h̄ iſtās iſta ſtāt q̄libet pars ꝓportionalis fuit ī aliquo inſtāti añ h̄ iſtans calida ſuꝑ q̄ttuor ⁊ ī nullo inſtanti ante hoc inſtans q̄libet pars proportionalis fuit calida ſuper quattuor nec ſic incōuenit dare ꝓpoſitiones de p̄terito ⁊ p̄ſenti ſimul incipiētes eſſe veras ſicut ſi deus in qualibet parte proportionali hore p̄terite produxit vnū angelū ⁊ nos ſumꝰ ī inſtanti terminātē illā horā iam verū eſt dicere p̀mo quilibet iſtoꝝ angeloꝝ eſt demonſtrando infinitos ⁊ quilibet iſtoꝝ prius fuit imo ſine ſigno diſtributiuo hoc patet alibi ī inſolubilibus dixīmꝰ has ſimꝉ īcipere eſſe veras ſortes animal eſt ⁊ ſortes animal fuit cū aīal eſt p̄dicatū ⁊ ampliat ad p̄teritū ſub diſiunctione ad p̄ſens. Sed petis quomō ſtabit corpꝰ datū calidū difformiter qꝛ in parte propinqua erit maior calor ꝙ̄ in remota. ſꝫ dicis calor partis propinque calefacit parteꝫ remotā que erat citra octo ſcḋa calefacit tertiā ⁊ ſic per totū erit calor vt octo qꝛ effectus hic iuuat ſuam cauſam ſtat ī parte propinqua eſſe ſtatum ꝙ agens cū influentia dei generali nō concurrit ad intenſiorē gradū ꝙ̄ vt octo vꝉ decem nō ſemper producit calorē gradualiter maiorē ⁊ maiorē ſꝫ cōſeruat calorē iā productū in vno tempore dato erit ita magnus calor intenſiue ſicut vnꝙ̄ poſt hoc erit ī hac aqua ſuper ignē nec carnes vel piſces ſtant prope ignē vt intenſiorē caloreꝫ ſuſcipiant ab igne ſꝫ vt cōſeruetur calor qui excoquere cruditates poteſt in magno tēpore quas nō pōt in paruo ⁊ ſi ignis ī infinitū gradualiter poſſit producere ſuapte natura deus nō concurrit vltra calorem qui ſufficienter aliquē cruciat ſcḋm ſua demerita. at ſi ponas hūc ignē cū influētia dei generali nō ſatiſ poſſe calefacere grauiſſimos peccatores deo pluſ ſuffragāte poſſunt intenſiorē calorē producere. Si calor vt octo in corpore denſo putat producere poſſe calorē ſupra octo propter eius actiuitatē ſi deus ergo coagat poteſt producere in corpore denſo vel raro vltra octo ſicut ſi ſortes potētia portatiua terminatur in minimū pondus qḋ non pōt leuare ſine ope alterius non tamē terminatur in illud pondus aliis ſuffragantibus.

Diſtinctionis quadrageſime q̄rte queſtio q̄rta.

Reliquū eſt quarto loco circa hanc diſtinctioneꝫ inquirere de modo quo anime corporibus exute crucientur ſimiliter de demonibus ⁊ circa hoc varii extant mōi opinandi aliquibus tenentibus penā hoc modo eſſe. anime nūc ī inferno ſciunt ſe habituras corpora poſt diē iudicii q̄ quidē corpora ab igne patientur ⁊ ꝓpterea nūc hoc conſiderantes habent magnā penā ſicut videns patibulum latro magnā penā habet añꝙ̄ ei mors applicatur iſtud nō valet cū nō datur modꝰ de punitione demonū ⁊ vno inuento pro demonibꝰ ille ꝑ aīabus ſeparatis ſufficit nō valet dicere eſt quedā qualitas infuſa a deo animabus ⁊ demonibꝰ ꝑ quā poſſunt pati qꝛ eſt eadē difficultas eis ⁊ aliis vꝉ illa qualitas eſt corporea inherēs demoni ⁊ anime ⁊ ſic pari facilitate dicere poſſunt calorem poſſe eis inherere a quo reſiliunt ſi ī corporea poſſunt hoc ponere ꝑ eſſentias animarū nec iuuat dicere cū aliis ignis agit in animas vt inſtrumētum dei licet nō ex natura ſua qꝛ ſcimꝰ ignem eſſe inſtrumentū dei ſed queſtio remanet an calor aīe poſſit inherere qḋ nō admittitur eſt quedā antiqua fictio ꝑ ſpecies ignis quam de alia cotueri ſatagit reprobata ab antiquis ⁊ merito quā videtur ponere guillermꝰ altiſſ. currētis ad duas facies anime. difficultas in hoc iacet p̄res noſtri cōſequenter ad doctrinā ariſtotelis nō admiſerunt ꝙ anima poſſit ſuſcipere eſſentiā caloris repugnat anime calefieri. ꝓpterea auicēna .ix. ſue methaᶜᵉ. c. vltimo ⁊ algazel .v. phiſicoꝝ habebāt peculiares modos de pena malorū nō admittentes corpus agere in ſpiritū et auguſtinꝰ .xij. ſuper geneſim boetius de duabus naturis ⁊ vna perſona xp̄i. propterea vt dicit albertus hic beatus auguſtinꝰ vt ab hoc diſcederet poſuit demones corporeos ⁊ habere corpora aerea vt magr̄ allegat in littera ſꝫ illud de demonū corporibꝰ nō recipimus poſteriores in hoc ſteterunt vt beatꝰ thomas dominꝰ doctor ſubtilis beatꝰ bonauētura licet dicat aliq̄d in ſolutione queſtionis ꝙ deus facit aīas trepidare timore vbi non eſt timor qḋ nobis nō placet nō alias poſuerūt potentias ſenſitiuas cū aīa ſeparata ad patiendum a calore. Itē noſtri mali angeli ⁊ demones temptātes nō habēt ignem cū eis ⁊ tñ ſemper puniunt. reſtat deuenire ad modū doctorū qui nobis apparet rationabilis ⁊ euꝫ explicare prout poterimꝰ modꝰ eſt iſte demones ⁊ anime ſepate realiter erunt ī igne poſt diē iudicii ⁊ nūc ſunt ibi plurimi nō opinamur

cū eis aſſerentibus ſpiritus nō eſſe in loco niſi per
operari ſpiritus iſti appetunt libertatem ⁊ eſſe vbi=
cūq; locoꝝ vbi eis placebit nō poſſunt deus hos de
tinet in illo loco nō ꝙ locus eis repugnat ex natura
loci ignis ex ſua natura nō magꝭ diſcōuenit illis ſpi
ritib⁹ ꝙ̄ aer habent nolle detineri nitimur ī vetitū
ſemper cupimusq; negata ſi ariſtoteli eſt voluptuo
ſū libere ſtare in bibliotheca tñ ſi eſſet ſibi vetitum
ſub pena mortis ſtare in illa eſſet penoſuz et poteſt
dari exemplū de ſemei.iij.regū.ij.cui vetitū erat ꝑ
tranſire torrentē cedron ad nolle naturaliter ſequit̃
triſticia.xv.de ciuitate dei cap̄.xxv.triſticia eſt de
hiis rebus que nobis nolentib⁹ accidūt nolūt deū
eſſe ⁊ eum odiunt qꝛ eos punit aſcēdit ſuperbia coꝝ
qui te oderunt ſemper.pſalmo.lxxiij.⁊ vt apparet
ſeip̄m odit ſicut hanibal vel catho.apocalipſis.ix.
querent hoīes mortē ⁊ non inuenient et mors depa=
ſcet eos.pſal.xlviij.iſte nolitiones ⁊ triſticie ſequē=
tes naturaliter illas nolitiōes ſunt pena inferni.pe
na inferni poteſt capi pro omnib⁹ iſtis copulatim
vel aliquibus iſtorum aſſumptis corporib⁹ poſt diē
iudicii patientur dolores in corpore caleſient ⁊ fri=
geſient vt ſuperius diximꝰ ⁊ nō mō ab vno elemen
to ſed ab omnibus.ſapiētie.v.pugnabit cū illo om
nis orbis terrarum.Jtē ſulphur ⁊ ſpiritus procel=
larum pars calicis coꝝ et pluet ſuper peccatores
laq̄os ignes.pſalmo.x.⁊ ſapi.v.ibūt directe emiſ=
ſiones fulgurū ⁊ tanq̄ bñ curuato arcu nubiū exter
minabuntur ⁊ ad certū locū inſilient et ad petroſa
ira plene mittentur grandiēs ⁊ ſcādeſcit in illos aq̄
maris ⁊ flumia cōcurrent duriter ibi erit fletus et
ſtridor dentiū.mathei.viij.hoc eſt cōmotio capitis
⁊ oculoꝝ nihil eni reſoluetur ab oculis deus genti=
libus intelligere dedit iſtos cruciatus infernales
hinc ꝟgilius.vj.eneidos ſententias homeri pita=
gore platonis ⁊ veterū īſequēs dicit.reſpicit eneas
ſubito ⁊ ſub rupe ſiniſtra.Menia lata videt triplici
circundata muro.Que rapidus flāmis ambit tor=
rentibus amnis.Tartareus phlegetō torquetq; ſo
nancia ſaxa.Porta aduerſa ingēs ⁊c̄. et paulopoſt
hinc exaudiri genitus ⁊ ſcena ſonare verbera tū ſtri
dor ferri tracte qꝫ cathene ⁊ demū cōcludendo de
penis inferni recte dicit.Non michi ſi lingue centū
ſint ora qꝫ centum.Ferrea vox omnes ſcelerū com
prēdere formas.Omnia penaꝝ ꝑcurrere noīa poſ=
ſuz vt adiſcant illud maronis diſcite iuſticiā moniti
et non temnere diuos cuilibet vtenti ratione per
inſpirationem mētis internā palam eſt tirannos et
malos puniri poſt hanc vitā. ¶ Ex omnibus pre=
dictis pono concluſionem. ¶ Demones ⁊ aīe pu=
niuntur comō quomō dictū eſt per nolle ⁊c̄. Pro=
batur ꝯcluſio certū eſt eas perpetuo puniri.math.
xxv.Jte maledicti ī ignē eternū qui parat⁹ eſt dya
bolo ⁊ angelis eius:ſꝫ nullus mod⁹ reprobatus eſt
cōueniēs ⁊ oīa bene ſaluantur ꝑ iſtū modū quē inſe
quimur non ſufficit theologo dicere puniūtur ſꝫ ne
ſcim⁹ explicare quomō licet frequēter aliq̄d ſcim⁹
īcontracte ⁊ tñ illud cōtracte nos fugit ſed theolo=
gi eſt alius dare modū de fide ſpe et caritate.

¶ Contra hanc concluſionez argumentor ſic ſi de
mones ⁊ anime ſeparate habeant penā per act⁹ vo
luntatis ⁊ triſticiam ſequentē poſſunt omnē penam
ab eis remouere cum nichil eſt maius in noſtra po=
teſtate ꝙ̄ ipſa voluntas ⁊ potētie rationales valent
ad oppoſita.ix.metha͛ ⁊.ij.periarmenias.⁊ ſic re
diret peior error ꝙ̄ origenis cū mox poſſunt omnē
penā euadere.Inſuper cū infernus vl' ignis nō repu
gnat ſpiritui ex natura ſua plus ꝙ̄ florida tempe.
ſpūs poſſunt velle ſtare in igne ⁊ ſic non erit eis pe=
noſuz.pro primo argumēto okam ⁊ aliqui alii vo=
lunt hanc penā cauſari a ſolo deo ⁊ nullaten⁹ a dā=
nato ſed hoc reprobabim⁹ in materia de perpetui=
tate beatitudis vbi eadē materia iterū occurrit ſed
dico ꝙ cauſatur ab ipſis dānatis ꝑtialiter nec eſt ſi=
tuz in coꝝ facultate illos actus deſerere vel remit=
tere potentie rationales valent ad oppoſita cauſa
p̄me cōcurrēte cū influentia ḡnali vti nūc cōcurrit
ſed ſi ſpecialiter moueat volūtatē ad eliciēdū actuz
vel continuādū non eſt ſituz in facultate voluntatꝭ
ſuos actus deſerere quid ariſtoteles ſēſerit in hac
parte mea nō refert ſꝫ ſi tenuiſſet iſta que nos tene=
mus ⁊ ſcim⁹ eē certa per reuelatioēꝫ dei puta ī hiis
que fidei ſunt mutaſſet propoſitum volūtas poteſt
neceſſitari nō autē cogi ſecūduz argumētum eſt ex
hiis ſolutū nō poteſt habere velle ſtandi in igne tū
qꝛ haberet cōtraria cū cōtinuo habeat nolle qḋ eſt
penale valde dānato cōtra libertatē qua vtebat̃ in
via ꝙ nō poteſt actum deſerere.tū ſcđo deus nō cō
currit ad velle ſtare in igne ſi nulla eſſet cōtrarietas
in voluntate. ¶ Secundo argumētor ſequit̃ ꝙ non
eſſet eis diſplicibilius puniri in inferno ꝙ̄ in celo vl'
aere.Inſuper dicunt̃ puniri ab igne quare alias vo=
catur pena ſenſus.videtur vbicunq; locoꝝ dānati
ſunt habēt ſuū infernū qꝛ nolunt in illo loco detine
ri in aere ante diem iudicii demō nō minus punitur,
intenſiue ꝙ̄ in inferno ſed vnus loc⁹ eſt fetulentus
poſt diez iudicii eis propter peccata fedida datus.
Ad ſecūdum dicit̃ magis ꝓprie puniūtur ſpiritus
in igne ꝙ̄ ab igne etiā poteſt dici puniunt̃ ab igne ꝓ
quāto cōcurrit ad noticiā quā habēt ſpirit⁹ ab igne
⁊ cōtinuo nec ab illa vnq̄ ſpūs euelli poſſunt ⁊ con
ſiderant ſe non poſſe deſcedere ab igne corpora re=
proborum hoīm patientur ⁊ in igne et ab igne poſt
diem iudicii. ¶ Tertio argumētor noticia poteſt in
herere lapidi ergo calor poteſt inherere ſpiritui nō
eſt maius inconueniens in vno ꝙ̄ in alio.antecedēs
patet aīa informat corpus ⁊ angelus inheret loco
diuiſibili ſilr̄ noticia ſenſitiua ſꝫm mltos inheret ani
me ⁊ organo ⁊ illa noticia eſt extenſa inheret parti
ſubiecto non extenſo ergo idem erit in propoſito.
Preterea ſequitur ꝙ omnes ſpiritus equaliter pu
niantur cōſequens eſt incōueniens cum inequali=
ter peccarunt.patet cū equaliter detineantur. Ad
primum nego antecedēs conſequētiam ⁊ cōſequēs
licet non poſſit dari magna ratio prima fronte de
negatione conſequētie extra modū patrū ſꝫ poteſt
addi hec ratio deducēdo conſequens ad inconue=
niens ꝙ quilibet ſpiritus infinite punietur gradu=

liter ſi calor vniformis inherens ſubiecto corporeo
pedali vel digitali anime inhereat erit infinite inten
ſus ſi calor extenſus per vnum pedale intenſus vt
vnum vniformiter ponatur in medietate illius pe=
dalitatis erit intenſus vt duo et ſi in octaua parte il
lius pedalitatis erit intenſus vt octo et ſi ponatur
in milleſima parte illius pedalitatis erit intenſ⁹ vt
mille et ſic ſuie ſtatu: ergo ſi ponatur in ſpiritu erit
infinite intenſus cum ſint īfinite partes equales nō
communicantes huic gradui vel illi et ſic proprie
vnus ſpiritus non magis cruciabitur ab igne q̄ž ali
us: non ſequitur vt apparet aliquod abſonū ad an
tecedens cum qualitas ſpiritualis non extenditur
ſed erit tota in toto et tota in qualibet parte vnius
ſubiecti vt angelus eſt in loco. non videtur tamen
repugnantia q̄ deus capiat primam partē propor
tionalem ſcientie fortis et ponat in prima parte ꝓ=
portionali huius pedalitatis et ſecundam partem
huius ſcientie ponat in ſecunda parte ſubiecti ⁊ ſic
de omnibus ſi ponimus ſcientiā poſſe ſubiecto pu
re extenſo inherere: et licet albedo hec poteſt eē to
ta in toto hoc pedali et tota in qualibet pate non ta
men poteſt eſſe in anima. etiam licet anima ſit indi=
uiſibilis non poteſt eſſe in loco indiuiſibili cum nul
lus talis ſit antecedens poteſt negari bene fide ha=
bem⁹ q̄ forma ſubſtantialis impartibilis materiā
informat de accidente non habemus de noticia ſen
ſitiua a pleriſq̄ negatur ſed hoc non ſufficit cū do
cti viri id admittant imo omnes ferme tenentes cō
cluſionem noſtram. dicitur totale tale ſubiectū eſt
diuiſibile ſicut tot⁹ homo cathegoreumatice eſt di=
uiſibilis. Ad ſecundum nego conſequentiam qui
plus peccarunt habent intenſius nolle hic detineri
et intenſiorem triſticiam ſecundum proportionem
peccatorum nec poſſunt iſtos actus vel paſſiones
ſequentes remittere vermis conſcientie eos etiam
mordet diſplicet peccaſſe non quia deo diſplicuerit
ſed quia cruciantur torquentur inuidia nō tenem⁹
cum eis qui tenent odium dei eſſe impoſſibile iſtud
amplius patebit per illa que ponemus in .xlvi. diſt.
et in materia beatitudinis cum oppoſitorum eſt ea
dem doctrina. Sȝ dubitas quomodo anime ī pur=
gatorio puniuntur: dicitur vellēt habere btitudinē
et liberari a purgatorio ſi deo placeret et diſplicet
eis coꝝ pctm̄ pro quāto eſt dei offenſiuū ad qȯ ſeq
tur triſticia ⁊ ſcḋm multitudinē pctōꝝ maior eſt tri
ſticia de loco cōi purgatorii prius loquuti ſum⁹ li=
cet interḋ pōt eſſe pena extra locū illū ad tꝑs patet
quarto dialogoꝝ refert gregori⁹ quēdā viꝝ ſanctū
retuliſſe q̄ vidit theodoricū poſt mortē inter iohan
nē papā et ſimachū patriciū diſſūctū atq̄ diſcalcia
tū deductū in vulcani ollā iactari eodē libro refert
germanū capuanū eṗm inueniſſe paſcaſiū diaconē
q̄ erat defunctus ſtantem et obſequētē in balneis.

¶ Diſtinctiōis quadrageſime q̄nte queſtio ṗma.

Circa .xlv. diſti. huius q̄ro quib⁹ proſunt ſuf
fragia eccleſie. ¶ Pro ſolutiōe queſtionis
pono cōcluſiones. Prima: ſuffragia eccl'ie
non proſunt dānatis: probat. iiij. de ciui. dei. ſi ſcirē
patrē meū in inferno non plus orarē pro eo q̄ž pro
diabolo. iij. calami. ſȝ neq̄ rex erebi quēq̄ž tranare
palludē: nec ſupis iteꝝ reddi ſinit. ¶ Scḋa: ſuffra
gia eccl'ie non proſunt exiſtibus in celo: pȝ: tr'es ſūt
in termīo quoꝝ gl'ia non augeť ſicut nec pena exiſtē
tiū in inferno diminueť. illud pȝ enchiridiō .lxv. c. ⁊
de cele. miſ. c. cū marthe. iiuriā facit martyri q̄ orat
pro martyre: propterea vt innocen. terti⁹ archiepo
lugdunēſi dīt: mutata ē ofo ſcti leōis vt nob' oraret
pro quo oli orabať. ¶ Tertia: ſuffragia eccl'ie aliq̄d
proſunt ⁊ aliquib⁹ alioq̄n fruſtra oraret pro defun=
ctis ⁊ ſic erraret qȯ nephas eſt dicere. illȯ pȝ. ij. ma
cha. xij. ſctā et ſalubris eſt cogitatio orare ꝓ defun
ctis. qȯ tāgit bapti. iij. li. alphōſi. propterea ceſo re
diens machabeus ab hoſte ī menſū ſolimas argēti
pondus ad arces miſit opē ſociis q̄ cū virtute ſup
mā: clauſiſſent pro lege diē. et paulo ante in eodem
hec hoīes quotiēs iterant libamia vel cū: ere iuuāt
inopē vel pneumia ſctā precanť. aut auido min⁹ in=
dulgent obſonia ventri. ſic deus edixit tali ꝓfundi=
mur aura diuinā ſentimus opē miteſcit auern⁹. exi
liū decreſcit hn̄t feſſi ocia manes. ¶ Quarta ꝯ⁹: ſuf
fragia eccl'ie proſunt exiſtentibus in purgatorio pȝ
aliquibus proſunt ſcḋm tertiā ṗmiſſā nec exiſtenti=
bus in celo vel in inferno ſcḋm ṗmā et ſcḋam: ergo
proſunt exiſtibus in purgatorio a ſufficienti diuiſio
ne reputam⁹ defunctū in purgatorio vbicunq̄ loco
rum fuerit qn̄ non diſceſſit in originali vel mortali
et eſt debitor pene tꝑanee. ¶ Contra ṗmā conclu=
ſionem argumentor per argumentum commune
de traiano q̄ liberabať precib⁹ bti grego. q̄ tñ erat ī
inferno cū beatū ignatiū diſcipulū bti iohis euāge=
liſte et aliquos alios morti tradidit iniuſte. Itē ec=
cleſia canit a pena inferi erue aīas coꝝ. Inſup in vi
tis patꝝ legiť q̄ beatus machari⁹ liberauit quēdā
gentilē preſbyteꝝ q̄ aſſeruit ſe eſſe dānatū. Prete=
rea in vita ſcti brādani legiť: et altiſſ. in fine ſui q̄rti
allegat ex prepoſitiuo q̄ beatus brandanus vidit iu
dam incedentē ꝑ prata et cū q̄reret ab eo quare nō
eſſet in inferno rn̄dit q̄r ad tꝑs refrigeriū habebat
ꝓpter bona q̄ fecerat. Ad ṗmū neſcio vn̄ venit ori
go illi⁹ hyſtorie cū attribuať iohanni damaſceno q̄
diu ꝓceſſit beatū grego. ſolutio cōis eſt non erat fi=
naliter damnatus ſed cum erat liberatus hoc palā
eſt: ſatius eſt dicere precibus beati gregorii fuit vi=
te reſtitutus et meruerat et diſceſſit finaliter in gra
tia. Ad aliud non recipio illud de beato machario
niſi aliunde doceatur certius nec capio illud q̄ nar
ratur in vita illius ſancti patris beati brandanis
aliqui ineruditi interdum putantes ſanctos ex=
tollere falſa aſſerunt in eorum vitis pia inſerendo
hic ſanctus pater florens multis miraculis pater
fere trium mille monachorum vt memorie prodi=
tum eſt non iſta dicebat vt opinor: ſed quidam ali=
us aſſeruit hoc eſſe ab eo dictum per penam inferi

intelligitur purgatorium lymbus patrum interduȝ
reputatur infernus vnde iacob geneſis quadrage=
ſimo ſecundo:deducetis canos meos cum dolore
ad inferos.et triceſimo ſeptimo : deſcendam ad fi=
lium meum lugens in infernum:iob decimo ſepti=
mo.in tenebris ſtraui lectulum meum infernus do
mus mea eſt:inſiſte tuipſe de hiis qui reſuſcitati e=
rant in veteri et nouo teſtamento forte aliquorum
eorum anime erant in purgatorio alique in celo et
diſceſſerunt forte in mortali hoc non eſt directe cō
tra noſtram concluſionem. ¶Secundo argumen=
tor:anima chriſti deſcendit ad inferos et redemit a
nimas que ibi fuerunt:ſed alique erant in inferno:
igitur. Inſuper per diſtinctionem beati auguſtini
in enchiridion. et recitatur de celebratione miſſarū
capitulo.cum marthe.quidam ſunt valde boni qui
dam mali hiis non proſunt ſuffragia / quidam me=
diocriter mali ⁊ illa membra non coincidunt ad qd̄
propoſitum quadruplicaſſet auguſtinus quattuor
membra ſi eſſent tria i re:ergo per mediocriter ma
los intelligit exiſtentes in paucis peccatis mortali
bus ſicut multi intelligunt. Reſpondetur concedē
do ꝙ anima chriſti deſcēdit ad inferos ſed nego ꝙ
omnes animas ibi exiſtentes liberauit ſed ſoluȝ de=
bitrices pene ſicut beatus gregorius dicit in qua=
dam omelia īfra feſta paſchalia de electis ſuis nul=
lam apud inferos reliquit purgatoriuȝ eſt infernus
inferior ad hos qui puniuntur hic ſuperiꝰ et ſic nō
obſtat illd̄ pſalmi pſalmo octuageſimo quinto.erui
ſti animam meam de inferno inferiori. Ad ſecun=
dum dico ꝙ per mediocriter bonos intelligit exiſtē
tes in venialibus et in eorum penis per mediocri=
ter malos intelligit exiſtentes in venialibus et de=
bitores pene pro mortalibus de quibus erat peni=
tentia in hoc mundo et quando illa membra coin=
ciderent non eſſet inconueniens in vulgari modo lo
quendi idem intelligimus per mediocriter bonos
et mediocriter malos et ſue intentioni poteſt ſuffi=
cere tergiuerſatio gloſe in capitulo marthe. nichil
valet ꝙ ſuffragia tollunt geometrice et non ariſme
tice cum ſecundum ſuffragiuȝ eſt vel eſſe poteſt ita
bonum ſicut primum et ſecundum ita bonum ſicut
ſecundum pure voluntarium eſt dicere poſteriora
non tantum tollere ſicut priora melior eſſet diſce=
ptatio de illo qui diſcedit cum mortali et veniali cū
veniale punietur ſolum temporaliter vt putamus
et videtur ꝙ tali quo ad diminutionem pene venia
liū proſunt ſuffragia et tales forte vocantur medio
criter mali a beato auguſtino qui cum mortalibus
et venialibus diſcedunt:ſed dicis illi pro quibꝰ iu=
das machabeus miſit pecuniam erant damnati cū
habebant pecuniam ydolorum ſub tunicis.preſu=
mebat ꝙ penitebant de peccato. ¶Contra ſecun
dam concluſionem argumentor:ſequitur ꝙ ſuper=
flue quis orat tunc cum illi non prodeſt. Reſpon=
detur oratio mea tunc in ſinu meo conuertetur in=
tentio mea interpretatiua eſt ꝙ ad me redeat ſi illi
non prodeſt:et ſic licet dicamus miſſam pro paruu
lo baptiſato hoc eſt vt nobis proſit et ad commen=
dandum myſterium redēptionis et ad incorporan=
dum talem in eccleſia cum aliis ſi eſt baptiſatus ſta
tim euolat ſi non eſt protinus itur ad lymbum pue=
rorum et iterum ei non prodeſt et diſiunctiua eſt
certa certitudine infallibili licet altera pars certa
certitudine ſolum morali : petis an talis certitudo
ſit fides cum eſt aſſenſus firmus et ineuidens dici=
tur ꝙ ſic. ¶Contra duas poſteriores concluſio=
nes ſimul argumentor per illam viam contraueni=
mur iuſticie diuine liberando aliquem de purgato=
rio quem deus vult punire et ſic malum erit impu
nitum. Inſuper tunc actus exterior aliquid boni ſu
per actum interiorem addet:patet : ſi ſortes relin=
quat heredi vel legatario celebrare triginta miſſas
pro eo et plato totidem nichil fit pro platone ſed ꝑ
ſorte tunc ſortes citius liberabitur alioquin ſuffra=
gia non proſunt. Ad primum nego ꝙ orans pro de
functis contrauenit iuſticie diuine deꝰ decreuit hāc
animam purgari per ignem niſi aliquis pro ea oret
nec malum erit impunitum iſte orans patitur pe=
nam pro amico non potenti ſibiipſi ſubuenire.
Ad ſecundum nego de p̄mio eſſentiali de accele=
ratione ad gloriam et ad habendam gloriam eſſen=
tialem et ſic concedo ⁊ quo ad hoc conditio diuitis
eſt melior ꝙ̄ pauperis et habentis multos amicos
pro ſe orantes ſecundum illud iob:miſeremini mei
miſeremini mei ſaltem vos amici mei quia manus
dn̄i tetigit me:iob decimo nono. ¶Contra dicis
tunc non ſufficit velle celebrare pro aliquo ad libe=
randum illum de purgatorio vel de parte eius ſi re
quiritur ꝙ ſit exequutio quo ad hoc tunc ſequitur
hec concluſio:melius eſt habere ſacrificium preſby
teri celeriter celebrantis vt in gallia ꝙ̄ diu celebrā=
tis vt in ſcotia vel hyſpania cum in fine miſſe ſolū
iſte liberabitur:ponamus ꝙ celebratio vnius miſſe
liberabit aliquem de purgatorio. Inſuper melius
eſt habere ſtatim poſt mortem trecentas ſexaginta
quinqȝ ꝙ̄ habere preſbyterum celebrantem per an
num:patet ſi tot miſſe hunc liberabunt omnes ce=
lebrate mox poſt mortem eum liberabūt que ſi ſuc
ceſſiue fiunt non ita cito liberabunt. Reſpondetur
concedendo ꝙ requiritur actus exterior et ceteris
paribus miſſa impigre celebrantis eſt melior ſȝ cre
bro cetera ſunt imparia deuotius alter celebrat et
plura dicit:propterea neutrum modum reproba=
mus dum modo bene fiat ſecundum conſuetudinē
patrie. Ad ſecundum dico argumentum conclude
re quo ad liberationem a pena ſed non oportet eſſe
melius cum ſtat mereri plus de premio eſſētiali ce=
lebrando per annum vel obitum fundando in ma=
iorem gloriam dei neutrum iſtorum alteri preferi=
mus vtrunqȝ eſt bonum ſuo modo. ¶Secundo ar
guitur apocalipſis decimo quarto:opera illoruȝ ſe
quuntur illos:ergo non iuuantur alicius operibus
Item eccleſia.ix.dicitur de mortuis ꝙ non habent
partem ī opere qd̄ ſub ſole geritur. Inſuper mala
opera viuorum nō poſſunt nocere mortuis quia ni
chil punitur bis:ergo nec bona opera eis prodeſſe.
Ad primum dicit beatus auguſtinus et magiſter al

legat in littera opera facta pro mortuis dicuntur opera eorum inquantum meruerunt in vita vt pro eis fierent et hoc nichil aliud eſt q̄ȝ diſcedere in gratia et in debito pene. Ad ſecundum dicitur hoc eſt verum ad augmentum glorie vel gratie. Ad tertium dicitur deus pronior eſt ad miſerendum q̄ȝ ad puniendum. ¶ Contra tertiam concluſionem adhuc argumentor: ſi ſuffragia prodeſſent ſequeretur ꝙ per ſuffragiorum applicationeȝ ſummus pōtifex poſſet liberare omnes animas exiſtentes ī purgatorio: conſequens eſt falſum ergo et concluſio. falſitas conſequentis probatur: ſummus pontifex non poteſt applicare theſaurum eccleſie illis qui nō fuerunt de eccleſia chriſti vel apoſtolorum: ſed multi ſunt in purgatorio qui non fuerunt de eccleſia illa ſcilicet qui in lege nature diſcedunt in gratia et multi iudei tempore apoſtolorum ad quos non peruenit euangelium chriſti: ḡ ad hoc patȝ reſponſio ex dictis et dicendis.

¶ Diſtinctionis q̄dtrageſime quinte queſtio ſecūda

PRoſequendo materiam ſuffragiorūȝ ſecundo queremus an ſacrificium vel miſſa dicta pro pluribus tantum cuilibȝ eorum prodeſt ac ſi pro pauciorbus celebraretur. Reſpondetur negatiue probatur concluſio: valor miſſe eſt finitus modo quando finitum diuiditur in plures partes equas tanto quelibet illarum partium eſt minutior q̄ȝ ſi diuideretur in pauciores patet exemplariter partiendo continuum q̄libet quinta qualibet quarta eiuſdem continui ē minor et ſic de ſexta reſpectu quinte. forte dicis virtute operis operati valor miſſe eſt infinitus et indeficiens pelagus et ſic equaliter applicatur pluribus et paucis vt ſi eſſet vnus cumulus infinitus lapidū pedalium multi et pauci capiunt portiones equas nunq̄ȝ finiti poſſunt illos lapides omnes auferre et infiniti homines ſi eſſent poſſunt auferre ꝙ ſemper remanebunt infiniti et quicquid ſit de ablatione lapidum infinitoꝝ licet infiniti homines poſſunt aliquo modo auferendo omnes tollere non erit idem in propoſito ſi eſſent infiniti mundi vel homines infiniti in eodem mundo quilibet paruulus baptiſatꝰ mundaretur ab originali et haberet gratiam baptiſmalem ſimiliter ſi eſſent infiniti adulti venientes ad baptiſmum oīm illoꝝ pene poſt deteſtationem eſſent purgate et ita in infinitis ſicut cum paucis qui vult dicere hoc pacto ꝙ miſſa virtute operis operati et ſacramenta tantum proſunt multis et paucis: difficile eſt illud clare euacuare. ¶ Secundo arguitur ad concluſionem ſi miſſa dicta ꝓ duobus tantum valet ac ſi ꝓ vno illoꝝ diceretur tunc periret hȝ deuotio faciendi celebrare qđ eſt inconueniens et contra conſuetudinem eccleſie patet cum centum vel mille conuenirent ꝓ celebratione vnius miſſe et tantum valet cuilibet multidinis ſicut vni ſoli ꝑte et ſic vnius nunq̄ȝ faceret celebrare ꝓ ſe. dicis hec ratio concludit ꝙ valor rei operate minus prodeſt multis q̄ȝ paucis ſi ſit infinitus vt dictum eſt equaliter prodeſt multis et paucis. dicitur licet ille valor eſſet infinitus ex parte rei operate tum cuilibet finite applicatur ſicut deus qui eſt infiniti vigoris ꝓducit finite effectum et non ſecundum extremum ſue potentie ⁊ patet in ſacramentis de collatione finita gratie et remiſſione pene citius in collatione gratie: quia ſi per poſſibile vel impoſſibile ſortes infidelis eſſet in infinitis mortalibus volendo baptiſari cum contritione quantuncumq̄ȝ puſilla peccatorum per baptiſmum tollitur tota pena debita omnibus ſuis peccatis dices totam penam eſſe finitaȝ cum per contritionem eterna eſt mutata in temporaneam non ſufficienter excludis infinitatem intenſiuam: ergo adhuc habemus licet valor miſſe ex ꝑte rei operate equaliter prodeſt multis ⁊ paucis cū valor operantis eſt finitus ſcilicet deuotio que minus valet partita pluribus q̄ȝ paucis melius eſt habere miſſam pro vno q̄ȝ paucis adiunctis et meliꝰ eſt cuilibet paucoruȝ habere miſſam pro eis q̄ȝ cuilibet magne multitudinis et ſic modus prepoſitus eſt fictitius ꝙ vna miſſa celebrata pro ſorte tantum valet ſicut ſorti niſi quia eſt ei maior honor adhibitus vt de diuite habente candelam in lectione cum qua alii equaliter applicati candele eque bene vident/et de lectione lecta vni quam alii eque preſentes equaliter capiunt ſua analogia in agente naturali nichil valet ad lumē ſpirituale qđ dependet ex acceptatione diuina. ¶ Contra hanc concluſioneȝ argumentor: ex ea ſequitur ꝙ melius foret eſſe de parrochia ſancti hyllarii q̄ȝ ſancti pauli vel ſtephani et ſic conduceret citius quo ad hoc eſſe de parrochia ſancti baldredi in aldhamē q̄ȝ in parrochia ſancti egidii edimburgi hoc eſt inconueniens conſeq̄ntia videtur lucida ex concluſione cum miſſa applicata paucis cuilibet eorum plus prodeſt q̄ȝ applicata multis: modo due harum parrochiaruȝ ſunt exigue et tres grandes. Reſpondetur negando conſequentiam plures ſunt contiones ad populum et plura ſuffragia ī magna parrochia q̄ȝ parua meliores forte homo habet vicinos et melius facit caſū ſuum ſed quia argumentum tāgit quo ad illud bonum qđ prouenit parrochiano ex valore miſſe parrochialis: adhuc non ſequitur forte in talibus deus equaliter applicat valorem. ſecus eſt in miſſis non inſtitutis pro communitate et hoc ſi preſbyteri cōmunes eque deuote celebrant: et licet valor ex parte operantis eſſet finitus quantum eſt de ſe tamen deus ſupplet hic appoſuimus ſalem dubitatiue ſi concederetur cōcluſio quo ad illud bonum non inconueniens erit in aliis diminutio ſicut diues: ergo ad aliqua eſt melioris conditionis q̄ȝ pauper. Sed dicis quanto fratres minores vel religioſi plures accipiunt in eorū ſocietatem tanto eorum ſuffragia minus cuilibet eorum proſunt concedimꝰ illud nō

valet ꝙ aliqui dicunt de radice charitatis pluribꝰ applicata hoc ſolum probat ꝙ bene agunt orantes et non minus merentur ſibi ipſis de primo eſſentiali. ¶ Secundo arguitur ad idem ſequitur ꝙ ſi aliquis oraret pro infinitis ꝙ ſua oratio nichil vni prodeſſet: patet dicat ſortes ſeptem pſalmos pro infinitis ſi eſſent vel pro infinitis poſſibilibus vel ſua oratio cuilibet prodeſt equaliter et ſic redit poſitio prepoſitiui quam explodere ſategimus. Forte dicis et ſic ad hoc dicendum eſt ſi aliquis oraret aliquali oratione que non eſt ſacramentum vel ipſum miniſterialiter efficit dummodo applicatur infinitis equaliter illa oratio nulli prodeſt eorum ſi deus nõ aliter applicet ꝗ̃ iſte intendit applicare: patet cum valor ſeptem pſalmorum vel pſalterii eſt finitus nõ eſt poſſibile diuidere in infinitas partes equales nõ communicantes. Dixi equaliter ſi geometrice applicaret vel difformiter poteſt cuilibet illorum aliquid valere applicando ſorti primam partem proportionalem meriti platoni ſecundam partem proportionalem illius valoris ciceroni tertiam et ſic ſine ſtatu quia tunc in infinitum paruum vni iſtorum applicabitur valor. dixi ſi deus non aliter applicet ſtat ſacerdotem applicare miſſam vni cui deus non applicabit ſi eſſet aliquis malꝰ ſacerdos a cure nolens vnꝗ̃ applicare valorem ſue orationis alicui parrochianorum ſed ſorti cõſanguineo vel regi numidarum deus non ſic applicat preſbyter eſt inſtrumentalis applicator et deus principalis quando p̄ſbyter rationabiliter applicat: deus ſecum applicat ſʒ nõ ſemꝑ applicat ſi p̄byr tortuoſe applicat. propterea nõ male orat ſic dicẽs dñe applica orationẽ hãc illi cui magis obligor tu noſti illũ ⁊ es eſſẽtialis illius noticia ego domine non noui ſed quando promittit vni orare pro eo ex rationabili promiſſione tunc poteſt illi determinate applicare ſuam orationem cum ſcire poteſt cauſam p̄mã vel motorẽ p̄ncipalem velle illud ſic applicari et inſequitur vt ita dixerim determinationem interdum voluntatis noſtre vt ſunt duo quibus equaliter poſſum applicare orationem hanc ſcilicet a et b applico a et non b quia michi placet deus mecum applicat ita ꝙ noſtra voluntas eſt cauſa partialis quare deus ſic applicat ſemper tamen deus eſt precipuus et architectonicus applicator a quo dependet applicatio hominis. ¶ Sed contra illud argumentor duobus ſortes poteſt applicare valorem pſalterii equaliter tribus poteſt applicare illũ valorẽ equaliter ⁊ q̄tuor et ſic ſine ſtatu: ergo infinitis poteſt applicare equaliter hoc eſt cuilibet eorum equaliter. Reſpõdetur concedendo ꝙ ĩfinitis poteſt applicare equaliter capiẽdo infinitum ſincathegoreumatice ſʒ nõ eſt poſſibile ꝙ applicet illum valorem finitum infinitis equaliter nec poteſt applicare illum valorem finitum infinitis equaliter. ¶ Tertio arguitur. ſequeretur ꝙ capiens ſex paruos albos a ſorte et totidem a platone non ſatiſfacit vtriqꝫ eorum dicendo vnam miſſam pro eis hoc eſt falſuʒ cum det eis melius ꝗ̃ acceperit ſecundum ꝙ dicitur centuplũ accipies et vitam eternam poſſidebis in offertorio miſſe. Dicis forte debet tenere promiſſum cum promiſit dicere pro quolibet vnam miſſam. contra nichil promiſit forte ſed accepit ſex paruos albos nichil ei dicebas. Inſuper ſi tibi promittam turonũ dando tibi liardum tibi ſatiſfacio et non obſeruo tibi promiſſum cum in liardo nullum turonum inuenies ſed ſolum equiualenter vel ſac de auro et argento modo oratio eſt aurum tua pecunia argentũ vix ſtagnum comparatiue. reſpondetur concedendo ꝙ non ſatiſfacit vtriqꝫ ymo vtriqꝫ non ſatiſfacit et licet non promittat ſemper verbotenus promittit interpretatiue a conſuetudine populi que conſuetudo pariſius eſt dare preſbytero ſex paruos albos pro celebratione ſupponit dans preſbyterum debere pro eo celebrare et hoc videt preſbyter ex conſuetudine non ſufficit dare melius ſed promiſſum oportet ſeruare nec eſt ſimile de turono et liardo argento et auro cum vnum eſt reſolubile in aliud et vtriqꝫ parti placet ſecus eſt in propoſito.

¶ Sed contra iſtud argumentor: ſequeretur quando aliquis nobilis vel notabiliter diues vt iohannes crab aberdonenſis olim erat daret preſbytero ſcutum in fine orationis vel in principio preſbyter tenetur quaterdecies celebrare cum totiẽs ſex parui albi continentur in ſcuto. Inſuper dent ſortes et plato ciceroni preſbytero quinqꝫ duodenos in eodem die vterqꝫ ſex paruos albos pro vtroqꝫ: cicero illo die dicit miſſam et ſimiliter pro illis copulati in craſtino dicit vnam miſſam iam pro neutro dicit miſſam: et tamen ſatiſfacit igitur. Reſpondetur ad primum negando conſequentiam ex circumſtantia caſus et modo faciendi preſbyter interpretabitur ꝙ ei dedit amore dei vel puro dono vel propter honorem coram aliis vel vt preſbyter cum extollat niſi aliunde doceatur de oppoſito. Ad ſecundum dico ꝙ cicero preſbyter pro neutro dicit vnã miſſam ſed virtualiter tamen facit vt de ſorte audiente duas miſſarum medietates. ¶ Sed contra iſtud replicatur ponamus ꝙ bina recitatio pſalterii ſufficit ad liberandam vnam animam de purgatorio et ſortes et plato mutuo recitent pſalterium iã ſortes dicendo medium pſalterium ſatiſfacit pro integro pſalterio: ergo cicero preſbyter ſatiſfacit vtriqꝫ per eandem miſſam. Inſuper per obitus ſatiſfit duobus per vnam miſſam in eccleſiis cathedralibus quando duo vel tres obitus cadunt eodem die non pro quolibet dicitur vna miſſa tunc nimis impediti eſſent canonici. ſi dicas eis licere et non pauperibus querentibus ſuas miſſas vt aiunt ſic videberis fauere diuitibus et habentibus prouiſionem neglectis ĩopibꝰ. Rurſus vnus poteſt deuotius celebrare ꝗ̃ alius: ergo valor talis preſbyteri per deuotionem poteſt eſſe tantus ꝙ eſt equalis duobꝰ aliis ſacrificiis: ergo talis preſbyter ſatiſfacit duobus per eandem miſſam. Ad primum patet ſolutio ſuperius diſtinctione duodecima queſtione tertia.

Ad ſecundum non laudamus eos qui tot miſſas cumulant cum redditus ſufficientes habeant vide tur ꝙ male agant capiendo exceſſiue obitus citius debent dari egentibus q̃ȝ diuitibus canonicis: ſed vbi habent obitus fundatos ab ipſis canonicis ca= pituli/ vel epiſcopo/ vel aliquo vicino/ vel aliquo alio concedo ꝙ ſatiſfaciunt per eandem miſſam et cauſa talis ſcit eorum conſuetudinem vel ei dicitur vel rationabiliter non poteſt petere vltra eorūȝ con ſuetudinem: modo non eſt conſuetudo de preſbyte ris miſſas querentibus. ecce analogiam: in hyſpa= nia vel alia patria celebratur pro karolo: venit pari ſium mercator hyſpanus: det iſto preſbytero tres karolos dicens celebrate pro me credens ꝙ preſby ter dicet tres miſſas: cui ſatiſfactum eſt per vnam miſſam. Ad vltimum de deuotione non eſt magnꝰ color in argumento eo ꝙ non tenetur promiſſum ⁊ occulta res eſt deuotio. ¶ Quarto arguitur ex iſta concluſione ſequitur ꝙ non licet alium capere ī me mēto ab illo pro quo capio ſex paruos albos ad ce lebrandum hoc eſt inconueniens ꝯñs videtur pla= na. Inſuper videtur ꝙ prudentius agunt in patria in qua parum dant preſbytero celebranti q̃ȝ vbi mlˈ tum dant: patet ſex paruis albis habebis niſi cele= brationem vnius miſſe pro te pariſius alibi tres: ſȝ plus prodeſt habere tres q̃ȝ vnam igitur. Ad primum dicitur triplex eſt valor celebrantis vna portio attribuitur omnibus eccleſie qui egent et eſt portio generaliſſima. Alia eſt portio ſpecialiſ= ſima ſibiipſi applicata: charitas incipit ab habente de valore medio ſcilicet ſpecialiori iam eſt queſtio an poteſt multos includere et dicunt aliqui ꝙ ſic dum modo principaliter oratur pro dante ſex paruos al bos. ſed cōtra tunc poteſt duos/tres/quattuor aut quinqȝ includere in memento minus principaliter et ſic dans ſex paruos albos fraudabitur a ſua intē tione ex tribus minus principalibus conflatur vnū principale: ergo pari facilitate per eandem miſſam quis poteſt ſatiſfacere duobus vel tribus non dubi tamus quin quis poteſt adiungere collectam pro anima patris et matris vel vnam pro defunctis q̃ſ tam apponit aliud q̃ȝ de regulari miſſa ſed bonum eſt cauere vt apparet capiendo plures in memento quo ad valorem ſpecialem quando celebratur pro pecunia. quo fit homo includitur in duabus portio nibus valoris eius pars valoris generaliſſimi ei va let cum eſt membrum eccleſie et portio ſpecialiſſi= ma ſibi applicatur: ſic de dante ſex paruos albos q̃ in valore ſpeciali ⁊ gñaliſſimo includitur. Ad aliō nego conſequentiam parum non ſufficit alere iſtos preſbyteros: propterea eſt opus honeſtum eis da= re vnde ali poſſunt etiam in vna patria tantum ha= bebis vno karolo ſicut in alia patria tribus apō or= chades inſulas habebis bonam gallinam vno li= ardo quam egre habebis pariſiꝰ duobus duodenis ob raritatem pecunie interdum res vili foro vene= unt. Sed dicis non extinguit difficultatem: vide= tur ꝙ melius eſt conuenire cum preſbytero vt cele bret duobus karolis quia ſic quattuor ſolidis pari ſienſibus habebis tres miſſas vbi nunc habes ſo= lum duas erit equale meritum ratione dati cū vtro bique ſunt quattuor ſolidi et cum hoc melius eſt ha= bere tres miſſas q̃ȝ duas: igitur. Reſpondeo vide= tur aliquid coloris in argumento: ſed non demus ei locum ne inopibus noceat. dico cetera ſunt impa ria ſcilicet honeſtas pro vita miniſtri: licet aliqui ꝑ titulos ymaginarios promoti ſunt oportet nutri= antur: turpe eſt ꝙ incedant pannoſi in obprobrium cleri. ¶ Quinto arguitur: ſuppoſito modo fa= ciendi qui fit alicubi vbi ſunt peregrinati oues cō= munes vt in alba eccleſia in laudonia martis in eb domada paſchatis penthecoſtes vel alias dum p̄ſ= byter celebrat aliquis petit pecuniam pro celebran te: ſequitur ꝙ fortes debet impedire alios ne dent aliquid: patet: quanto plures aliquid dant tanto mi nor eſt valor miſſe applicatus forti. Dicis non de= bet facere cum iniuria aliorum contra ſibi ſolū pru denter prodeſt ſi ſit collector imponens turonum habitis duobus karolis redit nichil amplius peten do. Item hieronymus et recitatur de conſecratio= ne diſtinctione quinta. non mediocriter. dicit quo= tiens pro centum animabus pſalmus vel miſſa cā= tatur tantum prodeſt cuilibet quantum ſi pro quo= libet caneretur. Ad primum non eſt difficultas. Ad ſecundum dicitur ꝙ recitatiue loquitur vel nichil a liud vult niſi vna oratio dicta ꝓ multis deuote cui= libet eorum tantum prodeſt ac ſi eſſet pro paucis et indeuote: vel intelligit de miſſa ſacerdotis commu nis vt curati vel eius vicarii pro tota parrochia: vlˈ loquitur de valore prouueniente ex opere operato. Ex iſto ſequitur ꝙ totum q̄ð celebratur a bono ſa= cerdote preſtat celebrationi mali ſacerdotis: licet idem ſit ex parte operis operati nō eſt idem ex par te deuotionis modo ſi equalibus inequalia addas remanentia erunt inequalia.

¶ Diſtinctiōis quadrageſime q̃nte queſtio tertia.

Nunc tertio circa eandem materiam que ro an ſuffragia exiſtentis in mortali pec= cato proſunt defuncto de ſacramentis ⁊ opere operato nō eſt queſtio ſed de aliis orationibus communiter diſtinguitur: vel faciens orare eſt in peccato et tunc nichil valet ⁊ cetera. re= ſpice eos quia ita communis opinio dicit michi au tem non ſic apparet: ſed oratio exiſtentis in pecca= to mortali generalis vel ſpecialis dummodo atten te et deliberate fit valet alteri pro quo fit. probatur concluſio: ſupponamus vnum ꝙ opinor ſufficien= ter oſtenſum ſuperius ī diſtinctione quarta queſtio= ne tertia ꝙ nemo meretur alteri gratiam ſine ſuo a= ctu proprio ad ſenſum ante declaratum et quan= do illud falſum eſſet reſpectu viatoris tamen cer= tum debet eſſe reſpectu illius: ſed faciens orare pro ſe meretur per actum proprium qui non eſt in ſtatu ſibi merendi vt eſt exiſtens in purgatorio nec ſua

gratia augebitur per act⁹ proprios bonos nec bea=
titudo ſicut nec in beatis q̄ ſunt in termio finali ſuf
fragia eccleſie aliquid valent defunctis ex prima q̄
ſtione huius diſtinctionis ſed non ad augmentum
gratie vel glorie non videtur aliud niſi ad liberatio
nem pene in toto vel in parte:ſed exiſtens in pecca
to mortali poteſt ſatiſfacere pro ſeipſo et ſatiſfactū
erit in peccato mortali vt ſupra dictum eſt diſtictio
ne quinta decima queſtione prima:ergo eodem mo
do pro alio poſſunt applicari omnes rationes ad h̄
recitate in decima quinta diſtinctiōe que equaliter
probant vnum ⁊ aliud:⁊ quia opinio oppoſita eſt cō
munis q̄ exiſtens in peccato mortali non poteſt ꝑ
ſeipſo ſatiſfacere conſequenter ad illam in hac par
te dicunt ſed illam poſitionem minus rationabilez
putamus. Inſuper ſi ſortes promitteret dicere ter
vel quater pſalterium pro anima platonis in pecca
to mortali non ſatiſfacit ⁊ quando dubitat ſe fuiſſe
in peccato mortali tempore quo dixit debet iterare
pſalteria ⁊ ſic de preſbytero celebrāte miſſam quia
licz valor rei operate equaliter valz deuotio ⁊ op⁹
operantis exiſtentis in mortali per te nichil valz qđ
non eſt dicendum. Inſuper iſte exiſtens in purga=
torio conditional'r meruit vt magiſter ex bea. augu
ſtino in lr̄a dicit ⁊ hoc non eſt niſi diſcedere in gr̄a ⁊
eſſe in pena ⁊ orationem fieri pro iſto qđ eſt in pro=
poſito. ¶ Ex iſta concluſione ſequitur q̄ non min⁹
meret orans pro multis q̄ pro paucis:pz:ſolum me
ret ſibi gratiam ⁊ gloriam que non diuidit aliis ſiue
ſit pro multis vel paucis: ſed de liberatione pene
minus ſibi meret cū vna portio illius valoris aliis
applicat illud verbum iohannis nono: peccatores
deus non audit eſt verbum ceci illuminati a chriſto
⁊ reprehenſum a beato auguſtino omelia. xliiij. ſup
iohannem dicente adhuc inunctus loquitur ſi enim
deus peccatores non exaudiret fruſtra ille publica
nus diceret:dn̄e propitius eſto michi peccatori nō
audit eos ad vitam eternam tempore quo ſunt in
tali ſtatu ſolent alii dicere nō audit eos de cōdigno
bn̄ tamen de congruo. Ad illud commune beati
gregorii in poſtorali cum is qui diſplicet ad interce
dendum mittit ſemper iratus animus ad deteriorā
prouocat intelligit de intercedente ad hominē vel
in ordine ad deum ſi iniuſte petat puta vindictam ⁊
non emendam pro fr̄e prouocat deus contra oran
tem:alii dant exemplum de dn̄o faciente famulum
dare elemoſinam ⁊ non apte. dico ſi dn̄s precipiat
famulo dare elemoſinam ⁊ ei det ⁊ tunc eſt in pec=
cato mortali:dato q̄ ſeruus det in gratia vel poſtea
quando dn̄s eſt in gratia dn̄o nichil ſciente ampli⁹
de elemoſina vel cogitante dn̄s nichil merebit de
gratia vel vita eterna ymo ſiue famulus det vel nō
det nichil amplius merebit de vita eterna ſi domi=
nus ⁊ famulus ſunt in gratia vterqz meret dn̄s ma
gis quia dat/famulus quia bonum opus exercet ⁊
ſic ſi eſſēt plures ſerui mediate. ¶ Circa iſtam que
ſtionem dubitatur ſortes habz trecentas ſexaginta
quinqz animas liberādas ⁊ pro qualibz ſufficit vna
miſſa orat pro eis oībus copulatim quolibz die hu=
ius anni:plato habz totidem liberandas primo die
celebrat pro vno ſcilz a anima/ſecundo die pro b/⁊
ſic quolibz die pro vna anima/⁊ ſic per totum annū
vter eorum melius facit celebrando pro ſuis ⁊ cui
multitudini eſt melius. Reſpondet:parum refert
licz a ſit melius q̄ alicui ſuppoſito prime multitu=
dinis b eſt melius q̄ alicui eiuſdez multitudinis ta
men tranſeundo poſt quinquageſimum cuilibz eo=
rum eſt peius:⁊ ratio quia tota multitudo prima re
miſſius puniet poſt primam miſſam q̄ ante eam ⁊ re
miſſius poſt ſecundam q̄ poſt primam ⁊ ſic conſe=
quenter. Sed contra hoc arguit argumento alicu=
ius doctoris in ſuo quarto tenentis oppoſitum de
incarceratis:vide de palude. dico rationem illam
nullam cum non remittitur pena incarceratorum
ſecus eſt in propoſito q̄ aliqui remiſſius puniantur
q̄ alii in purgatorio non cadit dubium. ¶ Sed cō=
tra hoc replico ſupponendo qđ tāgitur in caſu ſe=
cundi argumenti principalis huius queſtionis ⁊ cū
hoc addendo q̄ infiniti orent pro infinitis more ſor
tis illi non liberant vnam animam ſic orando ſed
ſi quilibz oraret pro vno iſti liberarent eas omnes
ergo non erat idem in caſu ſortis ⁊ platonis q̄ infi=
niti orantes pro infinitis nullum liberant:pz:ſortes
nullum liberat ex ſolutione ſecundi plato nullum
liberat per idem ⁊ ſic de quolibz alio:ergo illi infi=
niti nullum liberant. Reſpondet replica eſt imper
tinens ſolutioni precedenti in qua erat ſermo de fi
nitis ⁊ tranſeat q̄ ſortes nullum liberat ⁊ q̄ ſua ora
tio eſſet inanis ⁊ q̄ quilibet orando pro vno libera=
bit totam multitudinem modus applicandi et aufe
rendi in infinito multum facit:ſi eſſent hic infiniti ⁊
a hic exiſtens oraret pro ſecundo in numero ymagi
nario in purgatorio ⁊ b pro quarto et ſic per ordinē
nullum ſuperſtitem pretermittendo et alternatim
capiendo partes in purgatorio infiniti liberabūtur
et infiniti manebunt in purgatorio:ſecus eſt ſi om=
nes cepiſſent per ordinem etiam dici poteſt in caſu
noſtri argumenti quando infiniti orant pro infinitis
eos liberant et cuiuſlibet valor applicatur ad aliq̄d
quando ſunt infiniti adiuncti:ſecus eſt quando ad=
iunguntur finiti et ratio quia in infinito ſunt infinite
partes equales vni certe parte date ymo huic vel
iſti certe parti date ſed ne extra materiam labi vi=
deamur non citem⁹ plures angulos de infinito ad
caſum noſtrum. ¶ Dubitatur ſecundo an iſti curati
male agant capientes ſex paruos albos ad facien=
dum celebrare pro parrochiano dantes preſbytero
inopi quattuor paruos albos vt iterdum fit: diſtin
go: vel curati diſtribuunt totam pecuniam quam
habent ſacerdotib⁹ puta faciunt celebrare tres miſ
ſas pro quinqz duodenis vbi parochianus haberet
preciſe duas et tunc non oportet q̄ peccent curati
parochiano non faciunt iniuriam nec preſbytero fa
ciunt eum celebrare hora tarda quando non poteſt
habere aliud ſi pro ſe teneant partem pecunie date
male agunt:queritur quo titulo illud tenent. Inſu
per dubitatur an omnes anime in purgatorio equa
liter gaudent de ſuffragiis porrectis vni. Simili=

ter dubitatur ad quid valet iſta pompa inhumādo mortuos. Ad primū dicitur ꝙ quilibet regulariter plus gaudet de bono proprio q̄ȝ alieno ſm ordinez caritatis vel ei magis placet ſꝫ nō multuz gaudent in purgatorio ſꝫ an aliquod gaudiū habeāt cū eorū triſticia nō perquiro impreſentiaꝝ. Ad ſecundū dicitur valet ad mouēdas mētes hominū ad orandū pro deffuncto ⁊ ad occultanda cadauera que horrorem generarēt etiā multa ibi dantur eccl'ie in honorez dei ⁊ pauperibus rogantibus pro deffuncto de equo phalerato ⁊ homie armato qḋ fit apḋ mltos nobiles dicēdo ꝙ tales mortuū liberant a purgatorio videtur eſſe cōmentitiū licet ſit aliquis color ꝙ vnus pōt vltro ſubire totā penā pro alio. petis quid eſt miſſa dicitur corpus chriſti oblatum a deo patre cuꝫ tali cerimonia qua vtitur eccl'ia ſi offeratur in pixide poſt meridiē nō vocatur miſſa: et illa oratio eſt optima inter ceteras ſed quia nō acceptat infinite ꝓ ſorte. poteſt ſortes procurare equalē valorem multiplicādo alia multa bona opera.

¶ Diſtinctionis quadrageſime q̄nte queſtio q̄rta.

Iam quarto loco ɔſiter petamus an anima ſeperata cognoſcat aliqua que cognouit in hoc corpore ⁊ an ſācti ꝓ nobis orēt qḋ magiſter tangit in vltimo capite huius diſtinctionis.

diſputatio vocalis.queſtio hec vnum ſupponit et
aliud querit ſupponit generale iudicium futurum
et querit an erit diſputatio vocalis : propterea reſ=
pondetur ad vtrunq̄z concluſiue. ¶ Prima conclu
ſio:generale iudicium eſt futurum. ¶ Secunda cō
cluſio:probabile eſt ꝙ aliquid vocale erit in iudicio
¶ Tertia concluſio: multa mentaliter fient in illo
iudicio. Prima concluſio eſt certa iohannis quin=
to:procedent hii qui bona fecerunt in reſurrectio=
nem vite qui vero mala egerunt in reſurrectionem
iudicii : et beatus auguſtinus viceſimo de ciuitate
dei capitulo primo tenet omnis eccleſia dei chri=
ſtum de celo eſſe venturum ad viuos et mortuos
iudicandos. Secunda concluſio patet per litteram
mathei viceſimo quinto. Inſuper deus iudicabit
vt deus et homo:ergo iudicium eius non ſolum fi=
et diuino modo ſed etiam humano hoc eſt vocali=
ter. Item ſicut nunc in ſententia particulari fit ſen=
tentia mentalis circa animas pure ſpirituales a
corporibus exutas:ita debz eſſe parti ſpūalis parti
corporalis contra animas corporibus reaſſumptis

Item gregorius viceſimo ſexto moralium dicit de
reprobis ꝙ illi verba iudicis audient qui eius fidez
ſaltez verbo tenuerunt ſed hoc non commode intel
ligitur de verbo mentali igitu. ¶ Tertia conclu=
ſio patet viceſimo de ciuitate capitulo viceſimo q̄r
to: ſimul omnes et ſinguli iudicabuntur: ſed ſi cum
quolibet eſſet particularis diſceptatio requirere=
tur magna temporis intercapedo ad iudicandum:
modo vigeſimo de ciuitate capitulo viceſimo ſex=
to deus conſcientias reproborum conuincet ſine
vlla ſermonis prolixitate. et ſapientie quarto: dirũ
pet illos inflatos ſine voce romanorum ſecundo.
teſtimonium reddente illis conſcientia eorum ⁊ in
ter ſeinuicem cogitationum accuſãtium in die quã
do iudicabit dñs occulta hominum. ¶ Contra pri
mam conclusionem arguitur iohannis duodecimo
nunc iudicium eſt mundi: ergo non eſt futurum. et
naum primo: non iudicabit bis deus in idipſum.
Ad primum dicitur ꝙ illud intelligitur de iudicio
qđ fecit chriſtus quando per ſuam mortem iuſte li
berauit genus humanum de ſeruitute dyaboli: ſic
exponit auguſtinus omelia quinquageſima ſecun=
da ſuper iohãnem qđ probat ex ſequenti littera cũ
dicitur nunc princeps huius mundi eiicietur foras
Secundum intelligitur ꝙ non puniet idem pecca=
tum duplici pena ſed vnica ei reſpondente. ¶ Cõ=
tra tertiam concluſionem argumẽtor: vel quilibet
omnia ſua peccata preterita cognoſcet vel aliq̃ ſic
et aliqua non: ſi ſic cum multa dãtur obliuioni hoc
non erit naturaliter. dicis deus iuuat memoriam
contra ſaltez non poterit habere tot peccata ſimul
preſentia propter finitatem actiuam anime que ad
illos actus concurrit et hoc ſaltem erit difficile re=
ſpectu omnium peccatorum aliorum a peccante.
Inſuper peccata deleta in confeſſione non oſten=
dentur quia ſic multi de peccatis occultis verecun
darentur. Ad primum tranſeat ꝙ quilibet omnia
ſua peccata cognoſcat deus poteſt ſupplere actiui=
tatem anime: ꝙ omnia cognoſcat et omnia aliena
probabile eſt ꝙ ſi anima ſue nature relinquatur po
teſt cognoſcere ſecreta cordis alterius et aliquorũ
peccatorum poteſt habere noticiam diſtinctam et
deus poteſt ſupplere actiuitatem anime ꝙ infinita
cognoſcat ſortes non plus facit ferẽdo mille libras
cum mille hominibus membroſis q̃ꝫ ferendo vnã
libram ſine ope alterius ſed non eſt opus ꝙ quilibꝫ
cognoſcat in particulari cuiuſlibet omnia peccata:
ſufficit in generali ꝙ cognoſcet per ſeparationem
hedorum a ſiniſtris et ouium a dextris: ſecus eſt de
peccatis proprijs. Ad aliud probabile videtur qđ
peccata confeſſa non innoteſcent aliis.
¶ Dubitatur an ſolus chriſtus iudicabit propter a
liquas auctoritates opus eſt ponere varias accep=
tiones iudicis iohannis quinto dicitur: pater om=
ne iudicium dedit filio: et mathei decimo nono di=
citur de apoſtolis ꝙ erunt iudices duodecim tribꝰ
iſrael. et iob triceſimo ſexto: iudicium pauperibus
tribuit propter iſta et ſimilia dicitur multipharian
poteſt iudicium alicui conuenire ſcilicet ordinaria
poteſtate et ſic iudicabit tota trinitas ex delegata
poteſtate et ſic iudicabit dñs inquantum homo.
Quo fit licet deus iudicabit in natura humana non
tamen iudicabit ſecundum naturam humanam: vł
acceſſoria dignitate et ſic perfecti iudicabunt nõ ve
conſulant ſed aſſiſtent propter eorum honorem vel
comparatione et ſic minus mali iudicabunt magis
malos ſecundum illud luce vndecimo: viri niniui=
te ſurgẽt in iudicio cum generatione hac et condẽ=
nabunt eam. Dices ex his ſequitur ꝙ damnati
videbunt corpus chriſti in gloria ⁊ ſic habebunt de
lectationem conceditur antecedens ſicut aſcendit
in gloria: ſic in glorioſo corpore apparebit actuum
primo: hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celuꝫ
ſic veniet quemadmodum eum vidiſtis euntem in
celum: ſecundum illud luce viceſimo primo: vide=
bunt filium hominis venientem in nubibus cuꝫ po
teſtate magna et maieſtate: non debet eſſe vilioris
conditionis in aſpectu q̃ꝫ iudicandi modo ſed pre=
deſtinati habebunt corpora glorioſa ſed conſequen
tia eſt nulla ſicut gloria amici eſt delectabilis ita il=
lius qui eum odit eſt triſtabilis: nec ſequitur ꝙ ha=
bebunt beatitudinem: quia illa eſt in viſiõe dei quã
non habent. hic paululum reſpira ponderans ver=
bum: ite maledicti in ignem eternum: non dictum ẽ
per tres annos/nec per quattuor annos/nec millio
nem annorum tunc loquetur ad eos in ira ſua et in
furore ſuo conturbabit eos: horrendum eſt incide=
re in manus dei viuẽtis ad hebreos decimo: et duo
decimo eiuſdeꝫ: non inuenit penitentie locum q̃ꝫ q̃ꝫ
cum lachrymis inquiſiuiſſet eam cadite ſuper nos
et abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum ⁊
ab ira agni apocalipſis ſexto. Hic poteſt fieri argu
mentum preuideri puniri vno die eſt penale puniri
duobus diebus penalius tertio penalius adhuc et
ſine ſtatu ſic dies addendo ergo infinite triſtabitur
reprobus videns ſe puniendum per infinita ſecula
Dicis non habet diſtinctos actus ſuper ſingulos di
es latos et non eſt ita penale reſpicere ad totale tẽ=
pus ſimul ſaltem ſequitur ꝙ quo ad hoc diſcedẽs
cum vno paruo mortali qđ cõtingit frequenter de
lege tantum punietur ſicut iudas nero vel macho=
metus. Reſpondetur non ſequitur videt ſe punien
dum mitiori pena qui preuidet ſe habiturum mox
colicam paſſionem per tres dies magis turbatur
q̃ꝫ ille qui videt ſe laboraturum lenta febricula vno
menſe magnam miſericordiam deus facit damna=
tis: alioquin cum paruo mortali diſcedens poteſt
ſibi relictus ſeipſum cruciare per modum inſanien
tis ſicut videmus idem morbus in acrimonia virũ
impacientem plus exagitat q̃ꝫ pacientem deus non
concurrit cum illo qui cum vno mortali paruo di=
ſcedit ad inquietem maiorem plus q̃ꝫ culpa merea
tur fateor quelibet pena inferni eſt doloroſa ſed de
us magnam miſericordiam eis facit.

Diſtinctionis quadrageſime ſeptie queſtio ſcōa

SEcundo circa hanc diſtinctionem quadra
geſimam ſeptimam quero an ignis conſla
grationis erit eiuſdem cum igne preſenti:
ſicut in queſtione precedēti quo ad ſuppoſitum et
quo ad queſitum concluſiue reſpondebitur. Pri
ma concluſio: mundus purgabitur per ignem con=
flagrationis. Secunda concluſio: ille ignis erit
eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cum hoc igne que3 ha
bemus. Prior concluſio patet prime corinthiorū3
ſeptimo: preterijt figura huius mundi vbi gloſa pul
chritudo huius mundi mundanorum ignium con=
flagratione peribit. idem viceſimo de ciuitate dei
capitulo. xvj. et gloſa ſuper illud ſecunde petri ter
tio. et ſecunde petri vltimo. elementa ignis ardo=
re tabeſcent. et congruentia eſt ad hoc ſecundo phi
ſicorum. nos ſumus quodammodo finis omnium:
ergo homine innouato poſt generalem reſurrectio
nem congruit mundu3 innouari et purgari qđ ma
xime fit per ignem: apocalipſis viceſimo primo: vi
di celum nouum et terram nouam. videmus inſup
nunc poſt aliqua peccata locum ante conſecratio=
nem eſſe vetitum quouſq3 purgetur: ſic decens eſt
q locus peccatorum purgetur. Secunda concluſio
probatur ſuper illo verbo geneſis primo: requieuit
deus die ſeptimo ab omni opere qđ patrarat: ſecū
dum multos ſic exponitur: ceſſauit a creatione no=
uarum ſpecierum in rebus: dicis multa ſunt indiui
dua in mundo quibus nulla fuerunt ſimilia in ſpe=
cie ſpecialiſſima: patet tu potes habere vnam noti=
ciam de ſorte hac formica et hac arena copulatim
et forte nullum tale indiuiduum preceſſit. idem po
tes facere capiēdo plura obiecta diſiunctiue vel cō
ditionaliter. Secundo arguitur ad idem: aqua
que purgauit mundum erat eiuſdem ſpeciei cu3 ve
ra aqua: ergo ignis cum igne. inſuper gratis ē mul=
tiplicare ignem alterius ſpeciei vel aliud calefacti
uum ab igne. Contra priorem concluſionem
argumentor: vel ignis precedet iudicium vel erit
tempore iudicij vel ſequetur iudicium non vlti=
mum ſecundum illud pſalm̄. ignis autem ante eu3
precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius
non duo prima tunc combureret viuentes. Reſpon=
detur q precedet ſecundum illud allegatum et ſta=
bit tempore iudicij nec ledentur electi qui ſtabunt
in parte aeris ſuper ignem ſicut dicit beatus augu
ſtinus ſecundo de ciuitate dei capitulo decimo oc=
tauo. poſſumus inquit dicere electos futuros eſſe
in ſuperioribus partibus quo ita non aſcendet flā
ma illius incendij quemadmodum nec vnda dilu=
uij et illud de eis intelligitur qui mortui ſunt et ni=
chil purgabile habent de viuentibus poſſunt mori
ab igne pro eorum pena purgatorij ſi debitores pe
ne ſint et magis vel minus puniri ſecundum eoru3
demerita quia ignis ille eſt inſtrumentum diuine iu
ſticie ſi nichil purgandum habeant poſſunt homi=
nes mori in illo igne ſine dolore magno ſicut deus
conſeruare poteſt hominem in igne perpetuo abſ=
q3 hoc q ignis in eum agat videtur q mali crucia=
buntur in illo igne et tandem eos inuoluet in fau=
ces inferni. Secundo arguitur: vel deus creat
nouum ignem et tunc neceſſe eſt alia corpora con=
denſari extra eorum naturalem ordinem vel plura
corpora eſſe in eodē loco qđ natura abhorret ſi cor
rumpat partem aeris in ignem idem ſequitur incō
ueniens cum ex vno pugillo aeris fiunt decē ignis.
Reſpondetur de condenſatione et rarefactione ne
ceſſe eſt ſi aliquid condenſetur aliquid rarefieri et
econuerſo nunc naturaliter loquendo tamen deus
poteſt facere oppoſitu3 poteſt corrumpere magnā
partem aeris vel terre proportionabiliter ad ma=
gnitudinem ignis creati.

Diſtinctionis quadrageſime octaue q̄ſtio vnica.

CIrca quadrageſimam octauam diſtinctio
nem de qualitate luminarium capite quin
to loquitur magiſter circa hoc quero an
celi ceſſabunt a motu poſt diem iudicij: reſponſio af
firmatiua q ſic ratione naturali hoc probari nō po
teſt apocalipſis decimo habetur angelus iurauit p
viuentem in ſecula ſeculorum q tempus non erit
amplius capit hanc diceret ille qui tenet celum eſ=
ſe tempus tempus non erit tempus poſt diem iudi
cij hoc celum erit poſt diem iudicij hoc celum eſt
vel erit tempus: ergo tempus erit poſt die3 iudicij
ſecundum aliam poſitionem tempus non erit poſt
diem iudicij ad hanc concluſionem adducitur aba=
chuc decimo quarto. et erit dies vna que nota eſt
domino non dies neq3 nox et in tempore veſperi e=
rit lux: poteſt adduci gloſa marginalis eſaye ſepta=
geſimo: ſi ſol circundaret terram tunc illuminaret
damnatos qđ eſt inconueniens: hec gloſa eſt yſido
ri non penitus ridenda ſi damnati punirentur ex al
tera parte terre et eſſent nobis antipodes eſſet ap=
parentia in ratione ſed hoc eſt falſum propterea ra
tio non eſt ponderanda. preterea tunc non erunt ge
nerationes et corruptiones: ergo inanis eſſet circu
latio ſolis cum ſecundum ariſtotelem ſecundo de
generatione: ſol in obliquo circulo eſt cauſa genera
tionis et corruptionis: licet tamen non abſonum eſ
ſet dicere q licet ſol nunc in obliquo circulo ſit cau
ſa generationum et corruptionum tunc tamen non
habebit illam actiuitatem: nec valet dicere celū eſt
omnibus inferioribus perfectius vel nos homines
ſumus finis extrinſecus ſecundu3 illud ariſtotelis
ſecundo phiſicorum nos ſumus quodammodo fi=
nis omnium celum non eſt animatum omne anima
tum quolibet illo qđ non eſt animam includens de
um vel angelum eſt perfectius propter nichil aliud
ordinatur motus celi: q celum poteſt quieſcere nō
eſt dubium fideli: ſed arguitur ad ariſtotelem celu3
mouetur ab agente libero et nullatenus ab agente
naturali: ergo ei9 motor mouere poteſt deſinere cō
ſequutio liquet nudatur antecedens ſi celum mo=

uetur vel mutatur in inſtanti conſequēs experimur
eſſe falſum iſtam conditionalem probo:mobile po
ſitum in vacuo mouetur in inſtanti quarto phiſico=
rum et cauſa eſt: quia ibi nulla eſt reſiſtentia extrin
ſeca nec intrinſeca reſiſtens cum in celi motu nulla
eſt reſiſtentia nec motus celi eſt innaturalis circui=
tio et rotatio eſt apta ſphere. Forte dicis celum ha
bet reſiſtentiam cum hoc ꝙ vnꝰ orbis mouetur ab
oriente occidentem verſus ſuper polos mundi idē
celum eodem tempore mouetur ab occidente oriē
tem verſus ſuper polos obliqui circuli. contra ca=
pto primo mobili qḋ habet vnuꝫ motum in illo cur
rit deductio. et ſi dicas celorum inferiorum contra
nitentia impedit primum mobile contra iſti motus
ſuper varios polos non contrariantur:ergo non eſt
contranitentia quecunq̧. Dixi circuire non eſt celo
innaturale ob auicennam qui nono methaphiſice
aſſerit motum celi eſſe naturalem ab oriente ad oc
cidentem quia tunc violente ab occidente ad orien
tem moueretur:ſed hec ratio non eſt magni ponde
ris bene concluderet de hiis que mouentur motu
recto motus vni ſpere conueniens a naturali philo
ſopho debet dici naturalis ab a ad b et contra. Ex
iſta concluſione ſequitur poſt diem iudicii non erit
motus in epiciclo nec erit motus octaue ſphere de
ſcriptus in duobus paruis circulis in principio arie
tis et libre et quando principium arietis aſcēdit ca=
put libre deſcendit et econuerſo. Secundo ſequi=
tur non ſemper dies eſt quando ſol eſt ſuper terraꝫ
patet quando non eſt eius latio ⁊ eodem modo nō
omnis exiſtens in vmbra terre habet noctem: patꝫ
ſi non ſit dies poſt dieꝫ iudicii:ergo pari ratione ne
q̧ nox. Item ſi poſt diem iudicii ſit nox erit poſt di
em iudicii tempus. Tertio ſequitur:tunc luna non
erit gironaga nec cuſtos arimantidos vrſe tinge=
tur occeano nec elice nec cinoſura arcton circuibit
Quarto ſeqꝛ non iuuat currere ad augē ⁊ oppoſitū
augis reddendo cauſā quare plaga terre eſt habita
bilis inter tropicum cancri et circulum articum et
non ea que eſt inter tropicum capricorni et circu=
lum antarticum iſta correlaria de ſe eluceſcunt.
Sed contra illud argumentor: ſolem diutius ſtare
ſuper vnum orizontem non arguit non eſſe dieꝫ:pa
tet de longiſſimo die artificiali qui erat viginti q̄t=
tuor horarum vbi ſol ſtetit ad preces ioſue/ioſue de
cimo. ſimile patet in caſu ezechie quarti regum vi=
ceſimo:et prope polum articum homines habēt di
em artificialem duobus menſibus et trimeſtrem di
em habent et medium annum :ergo longa mora ſo
lis in orizonte non prepedit denominationem diei
nec eius quies. patet in caſu ioſue. Preterea bea=
ti perpetuo ſtabunt in requie:ergo vno anno ⁊ vno
die non eſt poſſibile durare per totum quin duretur
per partem. Inſuper multe cogitationes beatorꝫ
et damnatorum erunt volubiles:ergo tunc erit tē=
pus talia menſurans. Reſpondetur ſolem circum
ferri requiritur ad tempus vel eſſe natum in poten
tia propinqua moueri in gyrum qḋ cōtingit in die
bus ioſue poſt diem iudicii nunq̄ amplius mouebi

tur ⁊ hoc voco natum girari in potentia propinqua
vna reuolutio ſolis nunc circa terram cum tanta ꝑ
te quantum ſol pertranſit contra motum firmamē
ti nobis metitur nunc tempus cum quieſcat ſol am
plius nichil metitur temporanee. Ad aliud ſi per=
petuo intelligatur perhenni tempore negatur ſed ꝑ
petuo ſine fine conceditur. Ad aliud de cogitationi
bus et earum cremento et decremento conceditur
et ſic concluditur poteſt capi aliqua menſura alia a
ſole ſicut eſt michi diale vel horale ex caſu arene co
gnoſco horam vel ex latere ſcripto ſed tempus cō=
mune ſol non amplius menſurabit de illo tempore
intelligimꝰ:ſi dicas ſolē non retroceſſiſſe vt hugen
ſis aſſerit quarti regum viceſimo tempore ezechie
regis hoc eſt vnum cōmentum mere gratis dictuꝫ
¶ Secundo argumentor:celi deſinunt moueri vel
in illo aſpectu quo creati ſunt vel in aliquo alio neu
trum dici poteſt quia detur ratio. Rurſus tunc vna
pars terre exceſſiue calefiet illa que eſt ſoli et plane
tis calefactiuis ſubiecta et reliqua nimis frigefiet ⁊
ſic vna pars terre deſiccabitur et erit cauernoſa vt
pueri in lymbo exire poſſunt et videre: alia pars cō
denſabitur hoc eſt abſonum igitur. Item geneſis
octauo:cunctis diebus terre eſtas et hyems nox et
dies non requieſcent. Ad primum dicitur ꝙ non
quieſcent in illo aſpectu quo creati ſunt et hoc ſup
poſito ꝙ mundus non duret triginta ſex mille an=
nos vt eſt veriſimile ſed hoc ſoli deo eſt cognitum
an in martio creabatur vel ſeptembri dictum eſt in
duodecima diſtinctione ſecundi. Ad ſecundum ar
gumentum nunc illud non concludit de aliquibus
partibus remotis a via ſolis prope articum et an=
tarticum veroſimile eſt ꝙ nulla mixta poſtea erunt
niſi elementa cum damnatis et ſaluatis et eorum
partibus et accidentibus ad quid deſeruirent ele=
phanti tigrides vnicornis oues et boues et vniuer
ſa pecora campi tūc non deſeruirēt:nec piſces. om
nia conuertentur in elementa : ſole influentie cele=
ſtes non producunt piſces aqua circumdabit terraꝫ
et quando ita eſſet de cauſalitate deus non concur
rit cum celo ad affectus inanes producendos ele=
menta manebunt ne ſit vacuum et ad decorem vni
uerſi nunc autem deus mari dedit terminos quos
preterire nequit ſecundum illud iob triceſimo octa
uo:quis concluſit hoſtiis mare cum erumpebat q̄ſi
de vulua procedens circundedi illud terminis me=
is et poſui vectem et oſtia et ſic non concluditur ꝙ
tandem mare deſiccabitur vel ꝙ aqua erit profun=
dior in vna parte q̄ʒ alia dato ꝙ ſol vni parti ſuppo
natur et non alteri ibi danubius ſuam denominatio
nem amittet nec per varia oſtia mare ponticum pe
tet:nec nilus irrigabit egyptuꝫ dn̄i vel iordanis ter
ram promiſſionis illud geneſis octauo intelligitur
ante iudicium.

¶ Diſtinctionis q̄drageſime none queſtio prima.

PRimo quero circa hāc diſtinctionē q̄dragesimam nonam de eſſentia beatitudis. Circa q̄ſtionis expeditionē notabimus aliquos dicentes beatitudinē ſolū conſiſtere in actu intellectus. alios dicentes eam eſſe in actu voluntatis. tertii vtroſq; impugnāt dicētes beatitudinē ꝓ multis ſolum debere accipi. Sed dicimus beatitas bipharíam accipit. vnomō pro beatitudine increata vel obiecto beatitudis. alio modo pro beatitate formali. prior acceptio patet. pſal. iij. Tu aūt dñe ſuſceptor me⁹ e gl'ia mea ⁊c̄. mō gloria et beatitudo coincidunt ⁊ pmo confeſſionum ꝟſus pncipiū inquietū eſt cor noſtrū donec requieſcat in te. ſcđa acceptio patet qꝛ aliqua eſt actus intellectus aliqua voluntatis tertia gaudiū ex hiis ſequens. pꝫ iohannis. xvij. hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ⁊. j. de ciuitate dei. c. pe. loquēs de vnione dicit auguſtin⁹. eſt ſummū premiū q̄ cōſiſtat in actu voluntatis. patet. j. de doctrina xpiana. vñ vltra mediū dicit auguſtin⁹. hec eſt ſūma merces vt ipſo perfruamur. hoc patꝫ per diffinitionē bti quā ponit. xiij. de trinita. c. viij. beatus eſt qui viuit nec vult nec male aliq̄d vult ⁊ cicero li. v. tuſ. hos exiſtimo beatos qui ſunt i bonis nullo adiūcto malo. de gaudio patet. gaudium vr̄m nemo tollit a vobis. ioh. xvj. Inſuper dicam⁹ terminus beatitas pōt bipharíaꝫ accipi collectiue ⁊ diuiſiue poteſt ꝓ hiis omnibus ſupponere vl' eorūꝫ aliquib⁹ ſicut logica capitur pro ſcientia vni⁹ cōcluſionis logicalis vel pro ſcientia multarū. quo fit inde coꝝ eſt dicere in talibus geminā eſſe poſitionē ⁊ alios impugnātes non ſeſe intelligunt. Iſtis p̄miſſis pro terminorum ſignificantiis pono concluſiones. ¶ Prima concluſio aliqua beatitas eſt deus. ¶ Secūda cōcluſio aliqua beatitudo eſt creatura. pꝫ de actibus datis.

¶ Contra priorē concluſionē argumentoꝛ ex ea ſequitur q̄ aliqua beatitudo eſt beata. cōſequens eſt falſum implicat albedinē eſſe albā ergo beatitateꝫ eſſe beatā. conſequentia eſt lucida de eſſentia diuina. ¶ Contra ſecundā cōcluſionē argumentoꝛ melior eſt habitus q̄ actus beatitudo debet eſſe q̄d optimū. j. ethicoꝝ in hoc oēs cōuenerūt licet eam in variis rebus ponebāt modo habit⁹ eſt melior actu iij. topicoꝝ. bonū permanenti⁹ eſt melius modo habitus eſt diuturnior actu ex p̄dicamētis. Ad primū conceditur ſequela ⁊ nego falſitatē cōſequētis nō eſt ſimile de albedine ⁊ albo cuius vnū eſt ſubiectum ſuſceptiuum alterius interdū cōcretū et abſtractum res differentes importāt nō modo in numero ſed in ſpecie. interdū eandē rem in recto ponunt. Ad ſecundū nego aſſumptū nō ſemper p̄manentiora preſtāt niſi cetera ſint paria coruus/ceru⁹ et querc⁹ longeua nō preſtant homini. inſuper beatitudo eſt perpetua iam viſa eſſentia beatitatis reliquum eſt ad ſecundū queſitum accedere.

¶ Diſtinctionis quadrageſime none q̄ſtio ſecūda.

QVeritur ſecundo circa hanc diſtinctioneꝫ quadrageſimā nonaꝫ an beatitudo totaliter cauſetur a deo duo ſunt hic modi opinandi vnus eſt q̄ aīa partialiter ad ſuā beatitudinē cōcurrit. alius recitatus ab antiquis ⁊ cōiter repudiatus quē frater guillerm⁹ okan ⁊ cardinalis cameracēſis defenſant q̄ deus eſt totalis cauſa beatitudinis noſtro more illi poſitioni adherem⁹ que nobis rationabilior apparet aliquas rationes occurrentes faciem⁹ contra modū quē reprobare intendimus poſtea ad eoꝝ motiua r̄ndebim⁹ vt oppoſitum magis eluceſcat. Et ſic argumētoꝛ: beatitudo cauſatur a ſolo deo per te quia alioquin nō ꝑpetua eſſet beatitudo hoc eſt inconueniēs ⁊ cōſequentiam probas qꝛ voluntas a quolibet ſuo actu pōt ceſſare ⁊ ſic poteſt facere ſe nō eſſe beatā ſꝫ hec ratio deficit. q̄d patet. beatitudo quo ad actuꝫ intellect⁹ ⁊ voluntatis intellectū ⁊ voluntatē vitaliter immutat ergo ab eis ꝑtialiter cauſat. ꝯña tenet ex terminis ſi dilectio dei i pſ̄ia eſt actus voluntatis voluntas per illā agit ⁊ illā partim efficit alioqui potes dicere habitū eſſe beatitudinē a ſolo deo vl' a voluntate ⁊ actu cauſatum. dicis ſufficere q̄ volūtas per illum actuꝫ tendit in obiectum diligēdo deuꝫ ⁊ eum cognoſcendo abſq; vlla efficientia ſic modo per habitū aīa nō actu tendit in obiectū. Sed contra hoc te mouet ne voluntas poteſt ſe nō b̄ificare propter ſuam libertateꝫ ſed hoc cōcludit contra te ipm ſi volūtas per actū a ſolo deo creatū tendat in obiectum poteſt nō tendere hoc eſt ei ita liberū ſicut ꝑducere vel nō producere ſi fingas aliquā neceſſitatem tendendi in obiectum eā fingere potes ī continuatione actus imo ponere ſine fictione.

¶ Secundo argumentoꝛ hac via quilibet beat⁹ poteſt ſe magis beatificare q̄ meruit in via. pꝫ. ſit a tota beatitudo illi creata a deo vl' ill⁹ poteſt diligere deum clare viſuꝫ ex puris naturalibus vl' cum lumie glīe vel nō. ſcđm nō eſt dicendū cū eſt potentia libera et potiſſimū apud te. igitur. dicis poteſt deū diligere ſed non erit aliquomō beatitudo cū a volūtate cauſatur ⁊ interdū illum actuꝫ habet interdū nō habet vel in gradu remiſſo habet nō inconuenit habere duos actus reſpectu eiuſdē obiecti ſimul quorum vn⁹ cauſatur totaliter a deo et alter parti a voluntate tunc ſaltē habens meliora naturalia poteſt deū clare viſum magis diligere ⁊ habere pl⁹ gaudii de deo. ¶ Tertio arguitur ꝑ rationem debes dicere penas dānatoꝝ ⁊ odiū dei a ſolo deo cauſari ꝙ eſt abſurdū ⁊ horridū q̄ deus ſe ſolo in oībus dānatis penā ſenſus cauſat totaliter odiū dei ⁊ ceteros actus difformes. ⁊ q̄d ſequatur patet ꝑ te volūtas eſt libera ergo poteſt oēm ſuum actum derelinquere. ¶ Quarto argumentoꝛ deus poteſt neceſſitare voluntatē ad continuandū ⁊ ad eliciendū ſuū actū ergo nō debes ad ſaluādā ꝑpetuitatē beatitudinis ⁊ miſerie currere ad potentiā pure paſſiuā. aīis pꝫ. ſi voluntas eliciat ſuū actū in iſtanti oportet q̄ actū cōtinuet de neceſſitate naturali per temp⁹ in eadeꝫ intenſione graduali vel in gradu remiſſiore alioqui

ſolue tu ipſe quare nõ meretur infinite continuando illum actum per temp⁹ vel demeretur das voluntatem poſſe actũ elicere in inſtanti. dicis ꝙ non cuȝ okan dicat omne ꝙ eſt in illo inſtanti in quo eſt eſſe de neceſſitate ⁊ per cõſequẽs aliud negat. cõſequẽtia eſt nulla: ſed ſolum ſequitur ꝙ cõſequẽter negãdum erat et ꝙ inſcite illa ſimul ponebat ꝙ creatura poſſit actũ elicere in inſtanti qꝛ in illis duob⁹ ſimul ſibi repugnauit. dicis nõ oportȝ ſi quis actũ eliciat in inſtanti ꝙ de neceſſitate cõtinuet ſed poteſt ceſſare ab actu elicito in illo inſtanti imediate poſt tẽp⁹ elicitionis nec ſequitur ꝙ in cõtinuatiõe libera act⁹ per vnũ tẽpus ꝙ homo iſinite peccat. pȝ in ſili i agẽte naturali ſi corpus luminoſuȝ producatur in hoc inſtanti producit certũ gradũ luminis in illo inſtanti in pedalitate diſtãte ⁊ ſi imediate poſt illud inſtãs moueatur illud pedale verſus ſemper intendit lumen i illo pedali nõ tñ ſequitur ꝙ in fine mot⁹ erit infinitũ lumẽ gradualiter i illo pedali hoc non ſufficit ſi continuatio huius act⁹ i aliquo inſtãti ſequenti eſt libera ſic ſcilicet ꝙ imputatur act⁹ ad nouam culpã in illo inſtanti ſcȝ a ⁊ equa eſt ratio in quolibȝ inſtanti ſequenti illius temporis quo act⁹ cõtinuaƭ et in quolibet tempore ſunt infinita inſtãtia ergo infinite grauiter talis peccabit ſed ſuper hoc ꝓ nunc nõ inſiſto michi ſufficit ſi voluntas cõtinuat actũ ꝑ tempus puta per vnã horam exempli cauſa ꝙ de⁹ illũ actũ poterit ſic ſemꝑ cõtinuare. forte dicit addictus ſue poſitioni/ poteſt deus illud facere ſed nõ ſequitur qui deus põt aliud facere ⁊ aliud eſt ꝓbabile vel forte deus non poteſt neceſſitare ꝓpter iſtas rationes teneo oppoſitum ꝙ volũtas cõcurrit actiue ad ſuam beatitatem et ſic ſoluem⁹ alioꝝ rationes ꝙ ſemper min⁹ apparebũt. poteſt fieri argumẽtum de icẽptitate ſpecifica actus ꝓducti a ſolo deo ⁊ a beato ⁊ ꝙ triſticia demonis ⁊ ſua pena eſſentialis interdũ remittetur nõnũꝗ̃ intẽdetur per actus malos quos libere elicit vł intenſius nolle ⁊ ita de quolibet dãnato. ¶ Sed cõtra iſtuȝ modũ arguiƭ ſic voluntas eſt libera ergo ſi cõcurrat ad beatitudinem poteſt ſe nõ beatificare ⁊ illud poteſt probari per ariſtotelẽ .ij. peryarmenias ⁊ .ix. methaphiſice potẽtie rationales valẽt ad oppoſita. ad illud dico hoc verũ eſſe cũ influentia dei gñali in hoc mundo ſed ſi deus velit neceſſitare voluntatẽ ad eliciendũ ⁊ ad continuandũ ſuum actũ nõ eſt ſitũ in facultate voluntatis ſuũ actũ deſerere ꝙ oſtendim⁹ per caſum balaam volentis ad inſtantiã regis balac maledicere populũ dei. nume. xxij. xxiij. ⁊. xxiiij. adductus erat a rege moabitarũ vt malediceret iſraeli qđ facere nequibat ſed neceſſitabatur bñdicere. pȝ cõſideranti litteram ⁊ hoc balac gentilis intellexit ꝓpterea magũ fecit locũ variare cõmẽtũ eſſe volare ad ꝓlationẽ exteriorẽ bñdicẽdi in balaam ſicut de aſino nõ autẽ ad actum volũtatis volẽdi benedicere poteſt de⁹ vtrũqȝ facere. hoc idẽ putabat maro. vj. eneidos de vate cumana ꝙ neceſſitabaƭ proferre obſcura ab appoline inq̃eus. Cumeaqȝ ſibilla horrendas canit ambages antroqȝ remũgit. Obſcuris vera inuoluens ea frena furenti. Concutit ⁊ ſtimulos ſub pectore vertit apollo. ¶ Contra hoc arguit okan quãdocũqȝ ſunt aliqua duo ſupernaturalia ⁊ min⁹ ꝑfectũ propter ſuaȝ perfectionẽ nõ poteſt partialiter produci a creatura nec magiſ ꝑfectũ ſed ſic eſt ꝙ gratia eſt minus perfecta ꝙ̃ beatitudo prior producitur totaliter a deo ergo et ſecũda. dico illud argumẽtum pluripharia deficere in ꝑmis nego preſuppoſitum beatitudo nõ eſt quid ſupnaturale cum a voluntate partim producitur cui⁹ oppoſitum dicimus. Si dicas te capere hãc propoſitionem quãdocũqȝ ſunt aliqua duo ⁊c̃. relinquẽdo ſupernaturalia iterũ preſuppõis falſuȝ non eſt propter perfectionẽ aſinus producit aſinũ ⁊ non caritatem ⁊ ſic non eſt propter ꝑfectionẽ cũ aliquãdo magis perfectũ poteſt produci ab vno agẽti ⁊ non minus perfectũ hoc creberrime eſt in vſu. ¶ Secundo arguitur meritum eſt merẽte ergo premiũ debȝ eſſe a ſolo premiãte. hoc argumẽtũ eſt cõtra actorẽ actus meritorius eſt parti ab elicięte ꝑtim a deo ſic eſt de premio. petis an actus ille de neceſſitate cõtinuatus eſt ſpõtane⁹ vł mere naturalis hoc eſt nobis ⁊ eis difficultas cõis de cõtinuatione actus et dico ꝙ eſt actus voluntarius ſȝ ſi deus ſuã neceſſitationẽ ſubtraheret voluntas poteſt illũ actũ deſerere apponam⁹ alias rationes. ¶ Propterea tertio argumentor cõtra modũ poſitũ ex illo ſequitur ꝙ aĩa xp̃i nõ habet decenter beatitudinẽ hoc eſt inconueniens: igitur. cõſequẽtia pȝ. decet ꝙ maioreȝ habeat ꝙ̃ aliquis alius vel alii mille: ſed ꝓbo ꝙ nõ ex hac poſitione aĩa concurrit ad ſuã beatitudinem ſed actiuitas aĩe chriſti eſt finita ſicut eſt finita entitas in perfectione ergo ad aliquã portionẽ beatitudinis poteſt cõcurrere ⁊ nõ ad maiorem que eſt forte minor ꝙ̃ deceat. Reſpondeo negãdo conſequentiam aĩa xp̃i vt in. xiij. diſtinct. tertii dicimus habet infinitam gratiam modo gratia actiue cõcurrit ad actũ meritoriũ ex. xvij. diſtin. ꝑmi. ꝗ cũ influentia dei gñali aĩa chriſti poteſt habere infinitaȝ fruitionem volũtas cũ eodeȝ conatu ⁊ maiore gr̃a maiorem fruitionẽ elicit ⁊ cũ infinita infinitã alioqui finita gratia cũ illo conatu tantã fruitionẽ produceret ſicut infinita. Item deus põt ampli⁹ cõcurrere cũ aĩa ſine gratia vt infinitã fruitionẽ habeat ⁊ ſic põt concurrere cum viſione infinita diuine eſſentie.

¶ Quinto argumẽtor ex iſto modo ſequitur ꝙ eq̃liter merentes inequaliter premiabuntur de ꝑmio eſſentiali hoc eſt incõueniẽs: igitur. cõſequẽtia patȝ de duobus quoꝝ alter habet meliora naturalia ꝙ̃ alius ſi tales diſcedant cũ meritis eqs q̃ habet ſplẽdidiora naturalia potiorẽ actuȝ poteſt elicere. forte dicis ⁊ ſic dicendũ eſt cõſequẽtia eſt nulla de⁹ iuuat habentem tardiora naturalia vbi op⁹ eſt ⁊ nõ cõcurrat cũ illo qui habet meliora naturalia ad gradũ vł partẽ gradus premii vltra merita. cõtra ſequitur ꝙ deus impediret beatũ ad diligendũ deũ quantum poteſt cum influentia dei gñali hoc eſt incõueniens cũ nõ impediat in via. reſponſuȝ eſt ſufficienter inter arguendũ vſqȝ ad vltimã replicã ꝙ deus aliquẽ

impedit ne diligat eum plus q̄ meruit nō cōcurrit
ad hoc ſi paulus ſimplex heremita diſcedat cū de-
cē meritis ⁊ plato octo meritis hñs lucidiora natu
ralia nō cōcurrit cū platone vltra octo gradus pre
mii et plato nō exoptat intēſiorez actū p̄mii nec ad
maiorē deus cōcurrit diſcrimē eſt in p̄ria ⁊ in via cū
dilectio p̄rie eſt premiū hic autē ſolū meritū niſi lo-
quamur de p̄mio cōtracto ſicut peccatū dicit̄ pena
a beato auguſtino ſic meritū dicitur p̄miū ⁊ dulce-
dinē īuolutā habet. et dicis nō erint imparia natura
lia in patria cum ex parte animarū non eſt diſcrimē
ex parte corporū nichil intereſt nūc molles carnis
ſunt apti mente ⁊ aliqui ſunt rudiores carne et per
cōſequens ineptiores tñ poſt reſurrectionē in bea-
tis quilibet habebit corpus ſpirituale relicto aiali
Reſpondeo hoc nō euitat propoſitum de homine
⁊ angelo ⁊ de angelis inter ſe ſpecie diſtinctis ⁊ licz
quilibet beatus habebit corpus longe optimum tñ
ſtat q̄ varie erint cōplexiones hoim ⁊ aliqua varie
tas accidentaria. ¶ Sexto argumētor ſequitur q̄
aliquis erit beatus in via hoc cōſequens eſt falſum
ergo ⁊ añs. probo conſequētiā aliquis poteſt habe-
re dilectionē dei in via eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime
cū dilectione dei in patria ergo hic aliq̄s poteſt eſſe
beatus de lege communi nō valet dicere in via erit
minor dilectio dei q̄ in patria iuxta illud qui minor
eſt i regno celoꝝ maior eſt illo. math. xj. ⁊ luce. vij.
ergo minim⁹ i regno celoꝝ eſt maior iohāne bapti-
ſta. forte hoc non intelligit̄ q̄ in quolibet eſt maior
dilectio dei vel caritas ſed eſt maior in ſecuritate ⁊
īflexibilitate a recto qꝛ eſt actualis ſemꝑ tendentia
in deū nō autē i via. Itez quelibet ꝑs beatitudinis
eſt beatitudo ergo ſi quelibet pars beatitudinis lini
in patria eſt maior in gradu hac dilectione dei i via
totalis fruitio lini in patria eſt infinite intenſa. Ad
argumentum reſpondetur negando cōſequentiam
ſaltem ſm legem communē de qua argumentū lo-
quitur ⁊ nego q̄ dilectio dei in via ⁊ in p̄ria ſint eiuſ
dē ſpeciei ſpecialiſſime ſicut noticia intuitiua ⁊ ab-
ſtractiua eiuſdē obiecti ſpecie eſſentiali differunt ſic
dilectio depēdēs a noticia ītuitiua ſpecie diſtinguit̄
a dilectione dependēte a noticia abſtractiua an req̄
ratur lumē glīe ad hoc q̄ quis poteſt beatificari te-
neo q̄ nō de potentia dei ſaltē abſoluta ſi de⁹ poteſt
facere q̄ beatitudo ſuſcipiatur in aia cū lumine glīe
poteſt facere q̄ in eadē ſuſcipiat̄ ſine lumie glīe qua
litatiue diſpoſitiones de potentia dei abſoluta non
requiruntur ad hoc q̄ forma ſubſtātialis informet
materiam ⁊ q̄ amplius eſt nō ponerē lumē glīe niſi
qꝛ pontifex maxim⁹ illud ponit clemētina ad nr̄m
de hereticis. eſt quintus error begardoꝝ ⁊ beguina
rum vt ibi patet dicit littera quito q̄ quelibet intel
lectualis natura i ſeip̄a naturaliter eſt btā q̄ꝺ aia
non indiget lumie glīe ip̄am eleuante ad deū viden
dū et eo beate fruenduz licet illi littere pōt dici per
lumē glīe intelligitur caritas ⁊ erroneuz eſt dicere
aiam naturaliter i ſeip̄a eſſe btām littera ſuper hoc
enigmatice procedit. ⁊ gloſa iohānis andree nō in
telligit litteram. Sed contra ſolutionē principalez
dicis apoſtolus in hac vita vidit deū ſicuti eſt vt di
cit beatus auguſtinus in queſtionib⁹ ad oroſiū ergo
aliquis eſt beatus in hac vita. forte dicis beatitudo
omnē miſeriā excludit ſed illa in hac valle lacrima
rum non eluitur. ſm illud iob. xiij. Homo nat⁹ de
muliere breui viuens tēpore repletur multis miſe-
riis. contra xp̄us ſcḋm aiam erat beat⁹ a principio
eſſe xp̄i et tamē patiebatur penas lāguores noſtros
ipſe portauit niſi voces miſeriā in culpa ⁊ tunc non
conuenit cuilibet homini. pꝫ de diua virgine trāſeū
do ad nomē nego q̄ apoſtol⁹ erat beat⁹ in via hoc
q̄ non erat beatitudo perpetua. j. ethicoꝝ. vij. ver
enim nec vna irundo facit nec vnus dies. Et beatū
eodē mō felicē ve nec vnus dies nec breue efficit tē
pus ⁊ ſi de potentia dei abſoluta dilectio dei quam
habet beatus petrus in patria deſineret eſſe non eſ-
ſet beatitudo imo ſi per breue tēpus deſineret eſſe
vel ꝑ inſtās ⁊ poſtea inciperet eſſe. quo fit beatitu-
do ⁊ nō beatitudo ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſi-
me eſſentialis. Secundo ſequitur due ſunt qualita
tes eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime a ⁊ b a durat in ſup-
poſito per maius tēpus q̄ b ⁊ non eſt beatitudo ⁊ b
eſt beatitudo. pꝫ. ſi a ſignificet dilectionē quā habet
bonus latro ⁊ illa dilectio deſineret eſſe ꝑ tempus
vel inſtās ⁊ b ſignificet dilectionē quā habebit vn⁹
p̄deſtinatus circa diē iudicii. Sꝫ petis an ſecuritas
eſt de eſſentia beatitudinis dicitur q̄ non ſecuritas
nichil aliud eſt q̄ iudiciuꝫ reflexū q̄ꝺ habet quis de
aliquo portūdo mō nō oportet de lege ſemꝑ beatuꝫ
habere tale iudiciū ego cōtinuo btīficabor ſufficit
de illo nō timere ⁊ poſſe elicere qñ vult ſicut bñfi-
ciatus videt q̄ nūq̄ carebit beneficio ſꝫ nō ſemper
reflectit ſe ſuper tale iudiciū ſicut de beatitudine di
xim⁹ ſic de penis inferi dicere poteris. dicis aliq̄s
producit partialiter noticiā dei ergo totaliter noti-
ciā creature. nego cōſequentiam licet p̄mū ſit per
fectius ſecundū eſt aie multo difficilius. ſed petis
quare homo nō habet beatitudinē in via ſi ad hoc
cōcurrere valet. reſpondeo deus ad hoc non cōcur
rit pro ſtatu vie experimur q̄ nullū iduiſibile aliud
ab anima ⁊ eius accidentib⁹ cognoſcim⁹. ſecus eſt
pro ſtatu patrie forte requiritur ali⁹ concurſus ad
generationē beatitudinis q̄ ſit cōcurſ⁹ dei gñalis.

¶ Diſtinctionis quadrageſime none q̄ſtio tertia.

QUero tertio circa hanc diſtinctionē an frui
tio ſit potior actus beatitudinis q̄ viſio ſu
per hoc digladiantur viri: thomiſtis aſſerē
tibus intellectū eſſe nobiliorē potentiā q̄ volunta-
tem ⁊ per conſequens dicunt optimū actum intel-
lectus optimo actui voluntatis preſtare alexander
halēſ. queſtiōe. xcij. q̄rte partis oino i fine tenet op
poſitum quē imitātur ricardus de media villa ⁊ do
ctor ſubtilis in hac diſtinctione nō ſunt fortes ratio
nes hinc inde allegande facile eſt vtrinq̄ reſponde
re. propterea icaſſum eſt diutius imorari ſed dicen-
do ſicut capio. dico q̄ voluntas eſt nobilior poten-
tia q̄ intellellectus nō dico voluntatē eſſe melioreꝫ

entitatē q̄ ſit intellectus cū hec eſt vera voluntas
eſt intellectus nec diſtinguntur realiter nec forma=
liter licet iſti termini itellectus et voluntas nō coin
cidunt formaliter.ꝓbatur cōcluſio volūtas eſt re=
gina in regno anime ſm anſelmū de cōceptu virgi=
nali.c.iiij.maior horū caritas.j.corinth.xiij.xv.de
trinitate cap̄.xix.i donis dei nullū eſt maius donū
caritate et impat aliis potentiis per eius act⁹ ſum⁹
boni ⁊ ſua oppoſita mali quare odiū dei eſt pei⁹ in=
fidelitate.Inſuper caritas p̄ſtat fidei ergo optim⁹
voluntatis habitus eſt melior optimo habitu intel=
lectus.dicis forte intellect⁹ eſt impatrix ⁊ licet per
actus volūtatis ſumus boni in gñe moris per hoc
nō probatur q̄ actus voluntatis ſunt meliores en=
titatiue q̄ actus intellectus ⁊ dicis lumē glie inhe=
rere itellectui qḋ eſt melius caritati inherenti volū
tati nō in hoc laboro ꝓpter inutilitatē cuȝ materie
nō habebitur finis.¶Contra concluſionē argumē
tor intellectus dirigit voluntatē ergo eſt nobilior
potentia.Item actus intellect⁹ cauſat actū volūta
tis ergo eſt nobilior.tenet ꝯña quia i cauſis equoc[
ſemp cauſa preſtat effectui.⁊ aſſumptū patet nichil
eſt volitū niſi cognitū.x.de trinitate.c.j.Ad primū
dicitur ſic volūtas dirigit intellectū ⁊ liberius etiā
cōſequētia eſt nulla.Ad ſecūdū dicitur cōſequētia
eſt nulla in cauſis equiuocis ꝑtialibus modo volū=
tas eſt partialis cauſa ſed an actus intellectus con
currat actiue ad productionem actus volūtatis nō
eſt lucidū pleriſq̄ placet q̄ eſt ſolum diſpoſitio ad
actum voluntatis ita tenet alex.halenſ.q̄ſtio.xcij.i
fine corporis q̄ſtionis ⁊ in ſolutionib⁹ argumētorū
et multi illius religionis magiſtri ſic putant placet
aliis oppoſitum ſȝ nūc pertrāſio recitatiue.Dubita
tur cū gaudiū diſtinguatur a viſione dei an poſſunt
inuicē ſeparari ſil'r a fruitione.reſpōdeo de poten=
tia dei abſoluta gaudiū ⁊ viſio dei poſſunt ſeparari
probatio diſtinguntur ⁊ neutra eſt pars alteri⁹ nec
deus ergo deus poteſt quācūq̄ illaꝝ reꝝ cōſerua=
re alia corrupta triſticia ſumma poteſt ſtare cum vi
ſione dei.pȝ.aīa chriſti clare vidit eſſentiā diuinam
ante mortem ⁊ in paſſione ⁊ tñ triſtabatur ⁊ poterat
deus corrūpere gaudiū q̄ nullū ibi fuiſſet ſil'r ſup=
ponendo cū cōiter loquentibus q̄ gaudiū eſt paſſio
ſuapte natura ſequēs dilectionē idē ē dicēdū ergo
ſtat tres eſſe beatos quorū vnus habet noticiā itui=
tiuā dei ſolū.alter dilectionē p̄rie nō habēdo viſio=
nem dei ſi deus cū viſione poteſt producere fruitio
nē patrie in hunc poteſt ſine viſione id idē produce=
re gaudiū ſine hiis duobus pōt produci ſȝ venare
cui eorum eſſet melius aliqui ſerioſe inſiſtūt an bea
titudo potētiis aie inſit vl' nude eſſentie eiuſdē ſed
hec queſtio apud me eſt de lana caprina proinde nō
inſiſto.Si petas an viſio dei in p̄ria eſt intenſior q̄
dilectio eius hoc nos latet in via ſaltē me fugit.

¶Diſtinctionis quadrageſime none q̄ſtio quarta.

Circa hanc diſtinctionē quadrageſimā no=
nam queritur quarto an oēs beati ſunt eq̄
liter beati.reſpōdetur negatiue.probatur cōcluſio
iohānis.xiiij.In domo patris mei manſiones multe
ſunt dicit glo.c.diuerſa p̄mia meritorū ⁊.j.corīth.
xv.Stella differt i claritate ſic reſurrectio mortuo
rum.⁊ pȝ ratio premiū debet reſpondere merito ſȝ
non omnes beati equaliter meruerunt:igitur.
¶Contra concluſionem argumentor quilibȝ bea=
tus videt deum ſicuti eſt.j.iohannis.iij.ergo oēs
equaliter vident ⁊ patet hoc ip̄m de denario diur=
no quos ſinguli acceperunt.math.xx.Ad p̄mū di
citur cōſequentia eſt nulla ⁊ patet de duob⁹ quorū
alter limpidius videt idē obiectū q̄ ali⁹. Ad aliud
dicitur idē eſt bonū in quo omnes beatificantur.
¶Secundo argumentor de lege multi angeli di=
ſceſſerunt cū equalib⁹ meritis cū multis homini=
bus capiam⁹ michaelē et ſanctū petruȝ quos ſup=
ponamus habuiſſe merita paria iā viſio michaelis
eſt alterius ſpeciei a viſione petri de eodeȝ obiecto
cum ille due noticie cauſent a cauſis ſpecie diſtīctis
dicis calor cauſatur a ſole ⁊ ab igne differentib⁹ ſpe
cie ⁊ tñ calor eſt eiuſdē ſpeciei alioqui dabis octo q̄
litates primas cōtra doctrinā ph̄i de gñatione ea=
dem eſt ratio de tribus aliis qualitatib⁹ p̄mis ⁊ ca
lore.cōtra licet ita ſit q̄ ignis et ſol ſpecie differen=
tes producāt eundē calorē in ſpecie tñ aliquos effe
ctus ſpeciuoce diſtinctos producunt vel produce=
re poſſunt ⁊ ita vtrobiq̄ i agentibus diuerſis ſpe=
cie ſȝ nō videtur quos effect⁹ angelus ⁊ hic homo
poſſunt ꝓducere diſtinctos ſi nō noticias nō alias
ab obiectis diſtīctis ſpecie cauſātur noticie ꝑticula
res ſpecie diſtincte.Rurſ⁹ viſio equi ⁊ hominis de
eodē ſubiecto ſpecie diſtīguītur ergo hominis ⁊ an
geli negas cōſequētiā vna illarū noticiaꝝ eſt exten
ſa altera non extenſa q̄r aīe intellectiue inherens et
hoc potiſſimū ponēdo vnā aiam in homine.Itē nō
videtur q̄ noticia quā habuit ap̄ſtus i raptu de deo
diſtinguatur ſpecie a noticia quā aīa ſua vel q̄ fuit
ſua nunc habeat ⁊ tñ cauſe ⁊ ſubiecta ſpecie diſtin=
guntur homo diſtinguitur ſpecie a ſua anima tunc
vltra noticia michaelis ⁊ petri ſpecie diſtinguntur
ergo eodēmō de fruitione ſicut dicim⁹ de dilectio=
ne vie ⁊ patrie q̄ diſtinguntur ꝓpter dependentiaȝ
a noticiis ſpecie diſtinctis ergo ſunt inequaliter ꝑ=
fecte ſȝ noticia michaelis debet eſſe altioris ſpeciei
ergo quilibet gradus vi°nis michaelis erit melior
vno gradu vi°nis petri ⁊ ita de dilectione ergo mi
chael magis beatificabitur pro ſuis quattuor acti=
bus meritoriis vl' mille q̄ petrus ⁊ argumētū pōt
dirigi cōtra cōcluſionē ſcḋe queſtionis huius diſtin
ctionis ad probandū q̄ beatitas cauſat a ſolo deo.
Reſpondeo licet vix ſitin radice oſtēſuȝ q̄ viſio pe
tri ⁊ michaelis ſpecie diſtinguntur dem⁹ illud con=
cedo tunc q̄ vnus gradus quinimo q̄libet ꝑs beati
tudinis michaelis eſt melior entitatiue q̄ tota bea=
titudo petri ſed hoc parum eſt cum mus ſic p̄ſtat
caritate vel eſt melior habenti ⁊ ſic nego petrus plu
res gradus habet beatitudinis q̄ michael eſto q̄ in
equalibus meritis diſcedant vt reddatur equiualē
tia i valore ⁊ ad ſatiandā volūtatē ⁊ intellectū ana=

logia de auro et argento potes capere magnū fru-
ſtū argenti quouſq; valeat vnū puſillū fruſtū auri
licet quelibet pars auri hoc totali argēto ſit melior
entitatiue nō tñ in foro dicis tūc beatitudo michae
lis erit perfectior entitatiue beatitudine aīe xp̄i cō-
ſequenter dicēdo nō haberem pro incōueniēti ſicut
ſubſtantia michaelis eſt ꝑfectior aīa xp̄i ſed infinite
melius eſt anime xp̄i cū ſua beatitudine q̄ȝ michae-
li cū beatitatē aīe xp̄i ponim⁹ infinitā in gradu. Se
cundo dico ad argumētū nō ſemper oportet noti-
ciā ſuperioris ſubiecti eſſe perfectiorē noticia infe-
rioris ſubiecti. patet de eodē obiecto idē ſubiectum
propter variam appropinquationē ⁊ radiationē va
ria habet iudicia cōplexa ergo varias noticias ſim
plices ſpecie diſtictas ſed dicis accidētalis noticia
varia cauſat iudicia cōplexa varia fateor i hoc eſſe
colorē ſed oppoſitum non eſt reprobandū ꝑmo iu-
dicam⁹ hominē a remotis i iugo mōtis eſſe caput
alicuius ꝓmōtorii poſtea eūdeȝ iudicam⁹ equū ter
tio hominē q̄rto ſortem ⁊ nō niſi ꝓpter varias no-
ticias ſic ſicut aīa eadē cū eodē obiecto cōproducit
varias noticias ⁊ hoc patet de noticia intuitiua ⁊ ab
ſtractiua poteſt aīa in eodē interſticio obiecto equa
liter pn̄tato deo aliter cōcurrente cōcurrere ad va-
rias noticias ſpecie diſtinctas de potentia dei abſo
luta. item nō repugnare videſ q̄ ſi noticia beati pe-
tri poneref in michaele qui michael poteſt vitaliter
imutari ab illa noticia eſt indiuiſibilitas extēſiua no
ticie ꝓportionabil'r ad michaeleȝ nec iuuat currere
ad productionē q2 michael cōproducit cōſeruādo
quādo noticia eſt in illo ⁊ deus poteſt vnā noticiaȝ
ſimiliter ꝑmo facere eſſe in michaele de aliquo ob-
iecto ergo nō iconueniens duas noticias eſſe eiuſdem
ſpeciei ſpecialiſſime a diuerſis cauſis ſpecie diſtin-
ctis de obiecto eodē potiſſimū de potētia dei abſo-
luta iſtud non contingit nunc de lege. dicis michael
limpidius cognoſcet per tres gradus noticie q̄ȝ pe
trus per eoſdē reſponſum eſt ad hoc ſupra. ¶ Con
tra totū illud arguitur ſequiſ q̄ beatitudo ſiue intel
lectus ſiue voluntatis nō eſt optim⁹ act⁹ poſſibilis
patet deus pōt creare ꝑfectiorē ⁊ ꝑfectiorē beatitu
dinē concedo illud de beatitudie creata aliqua bea
titudo eſt infinite ꝑfectionis. ſ. de⁹ q̄ nl'la ſit beatitu
do optima poſſibilis patet non eſt ſtat⁹ in ſubiectis
beatificabil'ibus ſȝ quolibet angelo dato deus po-
teſt infinitos iter illuȝ et deū ꝓducere ⁊ non erint
duo eiuſdē ſpeciei nō q̄ putē deū nō poſſe ꝓducere
duos angelos eiuſdem ſpeciei hoc reputo falſum
ergo illa via nō dabitur optim⁹ actus poſſibilis nec
viſio dei nec dilectio ſemꝑ loquor de creata ſȝ lo-
quimur ſm̄ legē q̄ñ admittim⁹ btītudinē eſſe optimū
actum poſſibilem. ¶ Tertio argumētor quilibet
beatus habet infinitū gaudiū modo nullū infinituȝ
eſt alio maius proprie ergo nullus proprie loquen-
do eſt alio beatior. aſſumptū patet ſupponēdo vnā
ꝓpoſitionē anſelmi pro ſolo. xv. q̄ quilibet tantum
gaudebit de gaudio alterius ſicut ꝓprio tunc ſic ſi-
gno duos beatos ſortē ⁊ platonē nūc ſibi obuiātes
nunc ſortes videt gaudiū platonis. dicatur illud a

gaudet de a gaudio ac ſi ipſe ſortes hoc haberet et
habet nouū gaudiū ſuper a dicatur illud gaudium
b q̄d ſortes habet de nouo b gaudiū i platone gñat
nouū gaudiū dicatur c et rurſus ſortes de c gaudio
habet d gaudiū ⁊ ſic ſine ſtatu. Reſpōdeſ pluriꝑha
riam illud gaudiū nichil facit ad beatitudinē cū eſt
deriuatū a creatura imediate eſt alterius rationis
a gaudio cauſato a fruitiōe dei. Scd̄o dico illa gau
dia ſunt alterius ⁊ alterius ſpeciei ⁊ ſic nō ſe inten-
dunt quēadmodū in noticiis reflexis vt noticia ſor
tis ⁊ noticia illi⁹ noticie ſȝ ponēdo gaudiū paſſionē
nō eſt penitus idē. Tertio dico intellect⁹ eſt finite
capacitatis actiue et ſtat in aliquo gaudio ſicut eſt
cert⁹ numer⁹ noticiaꝝ reflexarum quē aīa pōt ha-
bere. Quarto dico q̄ anima nō fertur diſtincte in iſta
gaudia. Quinto dico nō oportet vnū beatū cogno-
ſcere gaudiū ꝑticulare alterius. Sexto dico ſortes
plus gaudet de ſuo gaudio ⁊ beatitudie q̄ȝ de beati
tudine platonis ordo caritatis quo ad hoc nō mu-
tatur i pr̄ia ſufficit ꝓ ꝓpoſitione bti anſelmi q̄ i pa
tria pallidus cū ꝓfundis oculis zoil⁹ nō inuideat
homero i pr̄ia nec poeta poete nec clauſtralis clau-
ſtrali nec cōpetitores huius honoris ſicut i hac val
le miſerie per hoc facile reſpondere potes ad tres
formas eſt gaudiuȝ eſſe in beatitudine vno die du-
plum gaudiū habere beatitudinē duobus dieb⁹ tri
plū tribus diebus ⁊ īfinitū gaudiū beatificari ꝑpe-
tuo nō eſt reflexio ſuper ſingulos dies i particulari
ſed vna cōfuſa ſuper totale tempus vides etiā an-
helans ad bn̄ficia nō tantum gaudet adepto ſecun-
do equalis valoris cū primo nō in tertio ſicut in ſe-
cundo cū in primo eſt etiam prouiſum de vita ⁊ po
nitur iudicio ſuo i honore ſic eſt in propoſito.

¶ Diſtinctionis q̄dragesime none queſtio quinta.

MOdo quito reſtat querere an beatitudo
ſit perpetua. Reſpondetur affirmatiue
beati qui habitant i domo tua dn̄e in ſe
cula ſeculorū laudabūt te. pſal. lxxxiij.
et miſericordias dn̄i in eternū cātabo. pſal. lxxxviij
hoc patet. mathei. xxv. per locū a cōtrario ſenſu de
dānatis. ¶ Contra concluſionem argumētor noti-
cia dei intuitiua eſt beatitudo habeat lin⁹ illam no-
ticiā poſtea lin⁹ poteſt habere noticiam dei ⁊ beate
virginis ſimul vel dei et duoꝝ angeloꝝ agmiatum
⁊ ſic illa viſio eſt beatitudo ergo lin⁹ erit magis bea-
tus q2 per plures actus imo tūc poteſt deſerere no
ticiā ipſius dei adequate repreſentatiuam ⁊ habere
noticiam repreſentatiuā dei ⁊ beate v̄ginis que erit
beatitudo ergo nulla beatitudo eſt ꝑpetua. ꝑterea
ex iſto ſequitur q̄ viſio vni⁹ creature eſt beatitudo
patet da quācūq; creaturā volueris cū deo in ꝑſen
tia obiectiua ſit ꝑs celi. arguitur ſic omnis viſio dei
eſt beatitudo viſio huius creature demōſtrando ꝑ-
tem celi eſt viſio dei ergo eſt beatitudo. cōſequētia
tenet in tertio ꝑme. minor pȝ q2 eſt eadē viſio q̄ re-
preſentat deū ⁊ creaturā. Forte dicis ad has ratio-
nes diſtinguendo q̄ aliquis eſt magis beat⁹ vl' ex-

tenſiue ⁊ ſic concedis iſ plures habet beatitates in
tenſiue negatur non ſe intendunt cum actus ſpe=
cie differant Et cōcedis ꝙ nulla beatitudo eſt per
petua ſed hec eſt vera ꝑpetua eſt beatitudo vna eua
neſcente ſuccedit alia. Ad tertiū concedis ꝙ viſio
creature eſt beatitudo dū illa viſio eſt etiā viſio dei
negas ꝙ noticia adequata creature vl̄ creaturarū
ſit beatitudo. ⁋ Sed contra iſtud argumentor per
te aliquis interdū erit magis beatꝰ interdū minus
beatꝰ extenſiue licet nō intenſiue ſed q̄libet beatitu
do fruitio ꝯhabit ſuū gaudiū qd̄ etiā eſt beatitudo
ergo realiter quilibet talis erit magis gaudens et
forte licet fruitiones ſpecie diſtinguātur nō tū opor
tet gaudia ergo ſeſe intendūt ꝙ magis gaudet intē=
ſiue. Rurſus pono fortē ⁊ platonē diſcedentē cum
equis meritis quoꝝ quilibet ꝑmo die quo beatifi=
cantur habet octo gradus beatitudīs cōtinuet for=
tes ſuos octo gradus in die ſequenti imo ⁊ anno ſe
quenti habeat plato alias ⁊ alias beatitudines ha=
beat viſionē vnā adequatā dei aliā dei ⁊ xp̄ifere vir
ginis tertiā dei ⁊ duorū angeloꝝ ⁊ ſic vſq ad octo
vel decem dicatur viſio prima ſcꝫ dei a ſcd̄a b ter=
tia c ⁊ ſic per ordinē litteraꝝ ita bene eſt platoni ꝑ
b ſicut per a cum eſt viſio dei eque intenſa ſicut a ꝙ
ſi neges cum a eſt purior noticia dei q̄ b cōtra ſaltē
ita bene erit platoni ꝑ b c ⁊ d ſicut per ſolū a forti ꝙ
duplabitur eius beatitudo. Itē ſi nō ita bn̄ erit pla=
toni per b ſicut forti ꝑ a tunc relinquēdo a ⁊ acqui=
rendo b plato erit minꝰ beatus. ꝓterea q̄n̄ a deſinit
in platone vel in alio beato alia beatitudine ſucce=
dente vl̄ a remittitur ⁊ ſic erit minꝰ beatꝰ. dicis ſi=
cut a remittitur b intenditur ⁊. xv. de trinitate cap.
xvi. fortaſſis etiā volubiles non erūt cogitationes
ab aliis in alias euntes ⁊ redeuntes ſꝫ oēm ſcientiā
noſtrā vno ſimul cōſpectu videbimꝰ nō valet dice
re ibi ponitur aduerbiū dubitandi ⁊ ſi poſuerit ma=
gis declinat in hoc ꝙ beatitudo nō eſt volubilis cui
etiā ratio ſuffragatur ergo illud eſt tenendū videt̄
beatus auguſtinꝰ ſatis ſonare ꝙ oē qd̄ reuelabitur
alicui beatorum ipoſterū ei tunc ſil̄r reuelabitur ſed
de hoc inferius tangemꝰ. propter has rationes ⁊ ſi
miles que occurrere poſſunt satiꝰ cēſui modū illū
deſerere ⁊ aliter dico ꝙ primo die imo inſtanti quo
